

Hos Indos fortuna seu vis superior facit, has vices mutat. Ipsa quin oppida & vrbes talem indignatæ dominum extemplo abruptere frænos: maleque cohærentis compages imperii multas repente in partes ac veluti in fragmenta dissiluit.

*Salsularum obsidio soluitur.* C A P. IIII.

Galli supremo conatu adis occulte cuniculis, tormentorumque ictibus quassatis Salsularum manibus præcipue turris partem. Propugnaculumque strauerunt recentis structure neque plane perfectum opus. Eo patefacto aditu muro succedere non dubitarunt musculis tecti vectibus conuellere lapides quibus fundamenta continebantur. Magnum in periculum res erat adducta. In ea angustia obsessi propugnaculum illud, quoniam defendere non licebat, deserere decreuerunt, in subterraneis tamen cameris supposito tormentario puluere; quo incenso concipienteque flammam superstantis area in sublime sublata dissiluit magna cum Gallorum strage, qui magno numero conscenderant per rudera quasi victoria explorata. Quadringenti amplius periere quidam ambusti flammis, aut discerptis membris ex alto præcipientes, aut ruinis accumulati, pars ab iis cæsi, qui ex arce repente eruperunt. Confluentibus in dies militibus Albani augebatur exercitus: atque ita vt quadringenti cataphracti essent, mille & quingenti expediti equites, pedites ad decem millia. His fretus copiis ad quintum Nonas Octobris die Veneris ad Gallica castra successit propius: neque reduxit militem ante solis occasum. Pugnam detrectarunt Galli, quos tamen se intra munimenta tenentes displosis nostri tormentis nonnullo illato damno maiori aliquanto ignominia mulctarunt. Ferdinadus Rex ad Gerundâ auxiliares copias è Castella festinantes morabatur, haud minori numero, quam quæ ad Perpinianum erant, & melius armatas. His adiunctis copiis Gallos si pugnam recusarent, intra castra vallumque impugnare certum erat. Classis quæ tutaretur ea littora comparata duce Stopygnano nondum appulerat turbato mari aduersis ventorum flatibus prohibita. Hispanicis triremibus in bellum Gallicum intentis decem & nouem biremes Mauricæ Valentiniæ & Granatensium oram igne & direptionibus vexarant. Impune fore licentiam credebant. Martinus tamen Galindus Granatensibus littoribus tutandis præfectus cum iis ad Carthaginem nouam commissa pugna piraticas omnes biremes aut cepit aut submersit; prorsus vt ne vna quidem eam cladem euaserit. Eo nuncio lætus Rex quasi præclaro omine ad belli totius summam cerunda cum Castellæ copiis profectus Perpinianum appulit ad quartum decimum kalendas Nouembris die Iouis. In magnum discrimen obsessorum salus venerat, nisi continuo operæpretium existeret. Missa manu militari, quæ ab hostium tergo itinera versus Galliam locis idoneis insideret: cum cæteris copiis continuo Gallica impetere statim visum est. Id vt cum maiori fructu certiorique victoriæ spe fieret, quo die Rex castra contulit castris ligneam turrinam ab hostibus in vicina palude multis sublatam tabulatis, ne videlicet commeatus ex Gallia facultas interciperetur, impugnare sine mora est aggressus. Capta turris, Regis aduentus, pugnandi decretum terruit vehementer Gallos. Ipsa nocte ne conclamatis quidem vasis quo profectio occultior esset, tormentis via militari Narbonem præmissis relictaque præ festinatione impedimentorum bellicique instrumenti parte silentio mouerunt castra. Et quidem initio in planiciem flexo itinere quasi pugnam appetent, continuo quasi mutato cõsilio Narbonem versus discesserunt. Aragonii & Catalauni equites abeuntium hæserunt tergis postremo agmini graues imprimis. Quem hostes impetum non ferentes tormentorum, belli partem apparatus, tentoriaque non pauca, quæ deferebant secum deserere sunt coacti, fugientibus quam cedentibus propiores, quamuis seruatis ordinibus. Cum robore exercitus subsequebatur Rex pugnae avidus. Magnam eo die cladem Galli accepissent, nisi itineris festinatione propinquoque perfugio hostium aduentum & conatus occupassent. Rex quoniam abeuntes insequi non licuit, in Gallia fines vastabundus irrumpit, hominum & pecudum actæ prædæ: Leucata aliaque ignobilia oppida eo tractu de hostibus capta. Inter hæc Olisipone Rege Lusitano Isabella filia nata est ad nonum kalendas Nouembris: cui cælum orbis Christiani imperium destinabat cum Caroli quinti coniugio, filium Philippum adiecta Lusitania matris iure Hispaniæ vniuersæ Regem. Venere paulo post ex Gallia oratores: quorum opera induciæ quinque mensium inter duos Reges atq; vtramque gentem pactæ sunt, excepto Neapolitano tantum bello. Is finis nobilissimæ expeditionis fuit: ad cuius famam orbis Christianus vniuersus suspensus tenebatur quem

successum habitura esset. Limiti præfectus tamen Bernardus Rogius Dianii Marchio, adiunctis mille cataphractis, bis mille expeditis equitibus, tribus peditum millibus ad omnes casus paratum præsidium. Obsessæ item arcis cura Dimæ Requesenio est concedita. Rebus ad hunc modum compositis Barcinonem Rex rediit. Inde Michaellem Ioannem Grallam & Antonium Augustinum legauit ad Gallum, vti in fœdere recens ictio erat cautum. addita mandata vt controuersias de regno Neapolitano pactione aliqua finirent. Catholicum Regem ea contentio sollicitum habebat, tum propter Gallicas copias eo festinantes, tum maxime Pii tertii Pontificis morte nunciata electioneque in eius locum Iuliani Ruuerei Cardinalis qui in Pontificatu Iulii secundi nomen edidit. ardens eius ingenium timebatur Gallicis addictum partibus. Ad conciliandas 10 Patrum voluntates, eorum quos legerat in senatum Alexander Pontifex multum Valentinus contulit, odio enim uero Bernardini Caruaialii, cui collegii partem fauere erat exploratum. Iisdem diebus Philippus Princeps ex Allobrogibus, vbi eatenus hæserat, in Germaniam discessit patrem inuisurus. Filio is auctor extitit, ne pacem cum Gallo paulo ante pactam violari à socero ægre ferret multis obnoxiam incommodis docens. Pollicebatur quinetiam si pecunia suppeditaretur ab Hispano, irrupturum se in Italiam qua parte Insuubres late fusi sunt. Quod Ioannes Emanuel, & Guterrius Fuenfaldida pro Rege Catholico in Germania legati persuadere enixe conabantur. Rex Ferdinandus magnificis promissis quantum esset credendum non satis statuebat Cæsaris ingenium varium & inconstans expertus; ad omnem fortunæ cursum vt erat cautus & sa- 20 gax maius in pecunia sua quam in alienis viribus præsidium certiore spem collocans. Tempus his molitionibus nullo emolumento extrahebatur. In Ioanna filia turbata mentis certe per interualla vacillantis haud obscura argumenta visebantur, quod parentibus vt par erat, molestissimum accidit: ac vero ea res felicitatis reliquæ lucem vel maxime obscurauit. Sic sunt res humanæ: ea conditione viuimus, nulli sincera lætitia datur. Ad virum festinare cupienti mora omnis grauis erat. Mulcebat prudens mater ægrum filia animum, aliam ex alia moræ causam excusare, clausum mare aduerso anni tempore sæuis procellis. Nullis consiliis ardor animi placabatur. Sic die quodam in rabiem acta è Medinæ Campestris arce, vbi se tenebat, pedibus proficisci in Belgas tentauit; quibus comitibus? quo viæ subsidio? furor agebat præcipitem. Furenti quamuis ma- 30 nus iniicere maiestas vetabat. Sublicium tantum pontem sustulere custodes. Ita egrediendi facultate prohibita ad arcis portas substitit, in vicina culina cibum somnumque capiens neque frigoris, quod sæuebat in ea regione eoque anni tempore maxime, neque aeris nocturni iniuriis cedens. Ac ne vinci quidem potuit Ioannis Fonseca Cordubensis Episcopi, qui ei assiduus erat, precibus, ne auctoritate quidem Toletani Archiepiscopi qui ad rei famam superuenerat, vti ad priora cubacula rediret, saluti consuleret in periculum adductæ. Regina mater ad eius rei famam quamuis afflictæ vehementer valetudine Segobia accurrens filia vt resisteret pro auctoritate materna persuasit. Simul vt eam placaret classem ad Lauetanum portum instrui mandauit, qua cum primum se anni tempus vernum aperuisset ad virum nauigaret in Belgas tandem reducem multis men- 40 sibus in Gallia & apud Allobroges consumptis exigua vxoris cura.

*Bis ad Livim victi Galli.*      CAPVT V.

IN Italia gallicæ copię Neapolim versus contendebant. Lentum iter erat neque solita militum alacritas quasi tacita diuinatio imminentis mali. Florentiam Senamque nullo prohibente tenuerunt ductore Mantuano. Tramullius febri quartana impeditus retro substitit, cum copiarum tamen parte ex interuallo secuturus. Iactatione itineris & propter anni tempus ingrauescēte valetudine Romæ hæsit belli cura abiecta. Aditu eius vrbs prohibitus gallicus exercitus per pontem Miluium duum modo millium spatio 50 dissitum, Tiberim traicere permissus ad Neapolitanos fines prope accedebat. Cōmotus eare cōsaluus ancipiti cura anxius erat. Caietā obsidione vrgere pseueraret; iretve potius obuam gallicis copiis in obsessorum auxilium festinantibus. Multa apud animum suum cogitanti Roma magnum in periculo ad victoriam momentum, duo millia pedites venerunt centum expediti equites: quos Franciscus Rogius suprema diligentia ex Hispanis germanis Italisque tumultuario delectu collegerat, præter ducentos alios germanos & quingentos Italos, quos propediem se subsidio missurum, ac iam in procinctu esse significabat. Ductor Hugo Moncada studio in iis angustiis operam fidemque suo Regi probandi honestam conditionē reliquerat, quā à Valentino centum

Cataphractis præfectus obtinebat. Commodissime id auxilium accidit : atque eo amplius quod Salsularum obsidio impediēbat, ne ex Hispania milite aut pecunia partes iuuantur. Nouis copiis auctus Gōsaluus cum hoste configere statuit. Ergo cum primum Gallos Romam præteruectos esse, atque ad fines Neapolitanos accedere cognouit, Castellonio continuo cum copiis omnibus mouit, si hostes prælio superasset ratus Caietam haud dubie in victoriæ partem accessuram. Primis castris ad Liris ripam peruentum. Eo loco Petro Pacio relicto, qui transitu fluminis Gallos prohiberet, ponti lapideo impositus custos eum valida militum manu, ipse ulterius progressus ad Germani fanum castra posuit. Gallicæ copię ad Pontecoruum erant ditionis Pontificiæ oppidum ad  
 10 Liris ripam patentibus campis sex modo inde passuum millibus. Mille cataphractus bis mille expeditos equites, nouem millia pedites maiori ex parte Italos habere Gallos fama nunciabat. Maiora minoraque tormenta ignea triginta sex. Præcessit cum Hispani exercitus parte Petrus Nauarrus Cassinatē arcem occupatam vsque dum Gallico præsidio nomineque detentam. Nec mora arx illa vi expugnata Hispano cessit ferme in oculis Gallici exercitus, suis opem ferre non valentis, quæ magna ignominia fuit. Multum fama in bello potest. Eo maius dedecus extitit quod rumore vulgatum erat, Mantuanum linguæ intemperantia iactare solitum : cupere se cum ea colluione Maranorum ( sic Hispanos per contumeliam vocant ) pugna experiri. Gonsaluus castra promouit posuitque in hostium conspectu mille passuum modo interuallo diffusa. In  
 20 de misso feciali ad pugnam prouocauit hostem, quando tanta animi confidentia esset, tantus alienę virtutis despectus. Respondit Mantuanus ad Lirim fore pugnandi copiam; eo inuito traiecturum. Ex Aprutii montibus ortus is fluuius Germani fanum præter & Pontificiæ ditionis agros labitur altissimis ripis castigatus angustusque alueo profundo, vix vt vadari possit : neque alio ea parte iunctus ponte nisi qui ad Pontecoruum est. Placido cursu multisque mæandris Caietam quamuis citra flumen positam Roma adire nisi bis traiecto flumine instituto itinere ac breuissimo non licet. Alegrius Caieta profectus ad tria millia hominum ducebat Gallico exercitui supplementum. Is vt traiecto flumine continuo pugna experirentur, auctor erat oblitus scilicet cladis ignominiaque eius festinatione importunitateque ad Ciriniolam acceptæ. Di  
 30 midiato Octobri die Dominico Galli ad Ceperani vada traiecere. Hispanæ ditionis oppidum Rocaficca mille ducentis militibus tenebatur. Duces impigri Villalua, Pizarrus, Zamudius facta ex eo oppido eruptione in primum callorum agmen nullo ordine quasi per pacata tendentium inuecti amplius trecentis ex eo numero qua cæsis qua captis ad suos læti ouantesque redierunt. Accurrere reliquæ gallicæ copię socios vindicare destinantes oppidi ruina præsidii cæde. Fefellit eos spes temere concepta. Obsessi non modo vim omnem à mœnibus arcuere, sed erumpentes oppido rursus plus ducentis ex hostibus in pugna cæsis reliquos intra munimenta compulere. Cessit virtuti numerus. Die postero tria militum millia obsessis auxilio præsto fuerunt, ductores Prosper Columna & Petrus Nauarrus. Simul cum copiis omnibus Gonsaluus festinabat, initio  
 40 iudicans spem metumve gigni : prout prima cessissent fore reliqua. Galli quamuis specie repetendę impugnationis, veriti tamen si quid sinistri accideret, ne tormenta caperentur; & alioqui tempore exclusi multis imbribus impedito motis copiis ultra flumen retulere castra. Post biduum transmissio iterum fluuio in Aquinatem agrum deflexere sex millibus passuum à Germani fano, quo Gonsaluus in statiuā redierat. Imbriū tēpestas ne pugna decerneretur impediuit. Inflato amne Galli ad Pontecorui pontem retro conuersi interiectum fluuium pro munimento hosti obiicere destinabant. Instatit iisdem vestigiis Hispanus ultra Aquinates procedens vbi Gallos ad pugnam elicere tentauit. Cautiores illi loco idoneo delecto obiectisque tormentis in detrectandi certaminis sententia perstiterunt. Sic Gonsaluus & milites necessario solita statiuā repetierunt pleni de cætero bona spe quoniam metum aduersariis posita, cum qua venerant, ferocia expresserant. Galli quoque trans flumen reduxere castra Nouembri mēse auspicante. Quo  
 50 Romæ mense Vrsini cum Columniis proceribus in obsequium Hispani Regis consentire legatorum tum Hispani tum Veneti opera & auctoritate facto fœdere. Venetis Gallorū felicitas grauis erat : ac ne libenter quidem ferebant præualidi Principis vicinitatem. Quingentos grauis armaturæ equites Vrsini in id bellū obtulerunt si à Rege Catholico sexaginta aureorū millia annua pēderentur. Ac sigillatim Bartholomeus Liuianus, cuius eo bello p̄clara extitit opera se ducturū tria millia qua equites qua pedites obtulit inter præcipuos eius familiæ sed & vniuersæ Italiæ ea quidem ætate duces habitus. A Fabricio Columna Rocauandra capta vi est in oculis hostium auxilio accurrere impugnatis non

audentium. Sic res Gallica in præceptis ire visa est. Quin secundum fluminis ripam mota Gallorum castra Germani fanum inter & Caietam medio ferme interuallo constiterunt. Ponte lapideo cui Petrus Pacius custodiendo erat impositus traicere flumen destinabant. Mille & ducenti Hispani pedites præsidio relictæ, & aliquot equites expediti vim vniuersi exercitus Gallici sustinuerunt, triduum diurno nocturno pugnae laborem continuantes. Sic Gallis transitu prohibitis cum robore exercitus Gonsaluus accessit suorum periculo commotus: & de rerum summa sollicitus, si hostes voti cõpotes euasissent. Eius aduentu parti pontis quæ lignea erat, subiecti ignes: Castraque ad pontis caput locata sunt. Eo loco maius ab intestina discordia periculum exitit. hyemis seuitia Hispani milites & stipendii inopia in rabiem acti tumultuari, per vicina oppida & agros dispersi præ- 10 das agere præcipuo rusticorum damno, tum equites tum pedites frequenter signa deserere. Infanum quanta exitit animorum consternatio, quantum in discrimen venere res. Præcipui quin etiam duces militem in statuam reducendi auctores erant. cum locorum & temporis iniquitate vnaque cum hostibus pugnare non audaciam videri sed temeritatem. Regrediendum in munita, & excedendum potius quam pellerentur specie prudentiæ admonebant ignaui. Eo processum, ut die quodam hastam miles quidam Magni Gonsalui pectori admoueret minas intentans, nisi pareret necessitati. Verum is alta dissimulatione magnoque animo militares mulcebat iras. Corrogata quin etiam vndique pecunia binos aureos militibus per capita distribuit. Ducibus in consilio contra tendentibus suadentibusque copias in aliud tempus feruaret. Probe, inquit, noui quo loco res nostræ sint, 20 quanti referat cum hoste conflare. Ad sepulturam potius vel vno passu ulterius promotum procedere certum habeo: quam si retro tantundem conuerso pede centum annis sit propaganda. Hic meta laborum esto aut vitæ finis, si superis ea sententia stabit. Diuersum mihi nemo suadeat. Columnios proceres præcipuos discedendi ex iis locis suosores, erant qui suspicionibus incesserent tanquam inuidia & æmulatione Hispaniæ incrementa ægre ferrent, Gallos subleuari cuperent. Ex eo sane inter Columnios & Gonsaluum offensiones diuturnæque similitates extiterunt. Ducis diligentia & auctoritate quamuis sedato ægre tumultu militari contineri milites non potuerunt quin plerique castra signaque deferrent. Imminuto Hispanorum numero hostibus facile fuit triremibus quibusdam & cymbis valido nexu vinctis ligneum pontem silentio noctis imponere nullo prohibente. 30 Mille & quingenti galli ea arte traiectione flumine in nostrorum qui nihil minus cogitabant, stationes facto repente impetu, quoddam veluti propugnaculum pulso inde Hispanico præsidio ceperunt. Eo metu in castris Hispani ad arma vndique concurrere paucissimi equitum numeri pedites ad quinque millia. In discrimine Gonsaluus se ipso maior conscenso equo acies primū instruxit, ut tempus daret: mox in pedes destitutus arrepta militari securi inter primos in hostes ferox incurrit. Quinque callorum millia flumen traiecerant, sequebantur alii, ad hæc tormenta in aduersam ripam disposita in Hispanas acies dispodere non cessabant. Maior terror quam clades. Tantis quamuis præsidiiis muniti hostes Hispanorum peditum incurrentium impetum & alacritatem pugnandi sustinere non valuerunt. Ac versi in fugam continuo pontem qua transferant repetierunt. Transeundi 40 festinatione cum inter se prementes alii super alios ruerent, ad mille & quadringentos ex callorum numero pars ferro trucidati pars subiecti fluminis vorticibus merfi sede perierunt. Gonsaluus nullo tormentorum metu ad pontis caput accessit: signa quin etiam & militum centuriæ quædam hostibus permixtæ in aduersam ripam vrgendo cædendoque aduersarios euaserunt. In receptu tamen ex eo numero quidam tormentorum globis sunt discerpti, atque inter eos viri præstantes nonnulli: alii vulnerati ac nominatim Lamudius qualis ac quantus dux. Ante alios vexilliferi virtus enituit, qui globi ictu amissa dextra vexillum sinistra arripuit: & ea quoque nouo ictu ablata utroque brachio vexillum complexus vestigio tamdiu immobilis constitit, donec galli sunt pulsi. De viri nomine scriptores variant in facto non discrepantes, à plerisque Fernandus Illesca vocatur, vir- 50 tute profecto promeritus ut præclara virtus viri famæ inferatur, iisque beneficiis dignus, quæ à suo Rege accepit ampla Gonsalui prædicatione auctoritateque adiutus. Pugne huius euentus gallorum animos fregit: prorsus ut ne interdicto quidem flumine se tutos arbitrati pontem valido præsidio munirent non tam traiectioni victoriæ ve spe, sed ne nostris in aduersam ripam transeundi facultas esset, ipsorum castra impugnandi. Ad hæc Mantuanum inter & Alegrium contentiones suspensionesque exortæ sunt minime idoneo tempore. Res prosperas cuncti sibi vendicant, aduersas imputant aliis. Sic Mantuanus desertis castris recto redire constituit. Species discessui prætentæ quasi callorum arrogantiam ferre non posset linguæ procacitatem tantam ut Cynedum appellere non dubitarent grauis-

grauissimam contumeliam. Verior interpretatio: cum perditis fortunas suas miscere noluisse. In eius locum dum abs Rege Gallo veniant mandata summa belli administrandi militari consensu ad Salucium defertur. Is ferox ingenio & viribus odioq; Hispani nominis à primis annis imbutus paulo ante Caietam appulerat, vti paulo ante dictum est, Proregis autoritate & nomine. Mantuani discessu Gonsaluus, quamuis militum numero inferior certiori victoriæ spe traiecto flumine prælio cum hoste decernere statuit. Difficilis conatus Gallis aduersam ripam obtinentibus. Supra eorum tamen pontem septem passuum millibus ponte carris cymbisq; sustentato flumen iungendi curam Liuiano demandat. Alto silentio hæc molitiones tectæ, ne hostis præsentiret disturbaretq; conatum. Iacto

10<sup>o</sup> ponte Sueffa vbi statua Gonsaluus habebat, profectus cum bis mille Hispanis peditibus, Germanis mille & quingentis non amplius die Iouis ad quintum Kalen. Ianuarii flumen traiecit. Diegho Mendozæ & Fernâdo Andrâdio demandata cura equitibus ea nocte ex hibernaculis excitis, cum iis postera luce ad auroram præsto adesse. Id vbi Galli senserunt Hispanos transisse flumen motis continuo castris vicini montis iuga occuparunt loco magis quam armis confisi. Metum interpretata ignobilia aliquot oppida ad eam ripam Gallicarum partium ad Hispanos vltro transierunt. Ea nocte in agro nostri tolerata cum luce secundum ripam fluminis in hostes pergere. Qui in consilio detrectandi certaminis perstantes maiora tormenta ne, si terra traheretur, limo profundo haustis rotis hærerent, cymbis imposita Petro Mediceo secundo flumine Caietam deuehenda commendarunt. Fecit

20<sup>o</sup> ille quod iubebatur: verum ad ostium fluminis turbato quamuis sæuoque mari festinare porro contendens haustis cymbis tormentisq; ipse etiam est mersus. Reliquæ copiarum deserto ponte atq; tormentis maioribus, quæ supererant, tentoriis & impedimentorum parte, vna hora ante lucem è castris egressæ Molam haud longinquam Caietæq; vicinam festinare decernunt eius mœnibus salutem tueri sperantes. Gonsaluus itinere hostium consilioq; explorato Prosperum Columnam cum expeditis equitibus præmisit, qui hostes à tergo premendo distineret, dum peditatus subsequeretur. Pleno passu cum primum ad Molam pontem peruenit, qua Gallo transitus erat, pugnae signum datur: Impetum & alacritatem nostrorum diu hostes non tulerunt. Versos in fugam, vsq; ad Molam & Caietæ portas, quo victi non pauci confugerunt, victores in tergis hærentes sunt insecuti. Multi toto itinere

30<sup>o</sup> ceciderunt, tormenta duo & triginta capta milleq; & quingenti equi. Clara victoria fuit confecto secundum eam bello reliquis maior. Gallorum pars Fundos versus dilapsa, quiq; eo tractu in præsiidiis erant Romam appetentes rusticorum ex vicinis agris spe prædæ facti cursu iniquis ad transitum locis magno numero interiire: pauci ut stragem euaserint forte magis quam consilio aut virtute. Præcipuam à fortitudine militariq; scientia utroq; conflictu, sed & vniuersa expeditione omnium confessione ex Italis Liuianus ex Hispanis Hugo Moncada laudem tulerunt.

## Caieta dedita. CAPVT VI.

40<sup>o</sup> **C**Ubiebat Gonsaluus Gallorum turbationem ad occasionem vertere Orlandi montem eodem impetu occupandi Caietæ vrbi imminentem. Prudenter destituta foeda tempestas imbresq; toto eo die molesti disturbarunt. Et miles labore continenti fameque nullo neq; eo die neq; superiori nocte cibo sumpto fatigatus vix arma portabat. vigor animorum cædendiq; cupiditas fessa corpora sustentauit eatenus. Sic coactus destitit, copiasq; Castellonium reduxit ad priora statuta. Gallis ad Molam se munire decretum erat, minoribus tormentis quæ supererant, locis idoneis obiectis: nam primum impetum in id oppidum futurum non dubitabant. Verum Gonsaluo curatis militum corporibus. atq; ex labore recreatis commodius visum est antequam ducibus auctoritas, militi obsequium utrisq; fiducia rediret, metu sublato ipsum caput Caietam petere vimq; admouere voluntate nihil facturis. Facilius opinione expugnatio fuit. Aditu quem muri parte prostrata mensibus superioribus tormenta patefecerant, haud ægrè Orlandi montem occuparunt, qui eum præsidio tenebant vix spatium nacti sunt in urbem euadendi. Sic quæ ex superiori pugna supererant, amissa sunt spolia mille equi capti geminaq; tormenta, quibus in priori obsidione late stragem in Hispanorum castris fecerant. Ad hæc debilitatis hostes animis præsertim Hispanorum castris ad vrbes mœnia promotis quinquaginta primum è Gallia Cisalpina cataphracti ductore Mirâdulano Comite portis egressi supplicium habitu venerunt in castra supinas manus tendentes, veniam orantibus darent, iram in obstinatos seruarent. Subsecuti sunt nocte proxima tres viri primarii à Salucio de pace & deditioe legati. Petebant illi facta dicendi potestate, vti captiuos pecunia redimere cōcederetur. Ea reiecta petitione

ad maiora porro procedentes, si captiui tum Galli tum Italici generis redderentur, Caietam urbem dedituros & arcem polliceri, Mondragonem quoq; Sinuessq; antiquæ è rudærib. constitutam arcem. Præterea Hispanis & Italis, qui Hispanorum partes erant secuti captiuis libertatem sine pretio daturus. Honestæ conditiones, neq; Gonsalui aurib. ingrata. Italos modo captiuos dimittere graue erat ac nominatim Matthæum Aquaiuiam Bitōti Marchionem, & Alfonsum Sanseuerinum Bisiniani patrualem, quorum noxæ maiores erant, vindicta ipsi digniores ira q;. Ita eorum causam de cæteris annuens ad Regē Catholicum ablegabat, neq; ad suum arbitrium reuocabat, quid de illis statuendum esset. Post multam disceptationē internunciis ab vtraq; parte comitantib. Galli de Italis captiuis remiserunt tandē. Summa ipsis Ianuarii Kal. principio anni Mill. quingentes. quarti consensu hæ conditiones scriptæ. Obenigno ac reliquis Gallis captiuis daretur libertas. De Italis captiuis supplicium sumere, ac ne in eorum causa quidquam decernere fas esset, priusquam à Gallo legati pro iis deprecatores mitterentur in Hispaniam. Militib. cum armis & impedimentis ac reliquo apparatu abscedere liceret. Caietani ciues sua omnia retinerent, qua ante bellū libertate iureq;. Reliquis tota ditione urbib. cautum ne vnquā fraudi esset Gallis adhæsisse partib. Fœdere ad hunc modum sancito continuo, qui mari ituri erant, naues conscendere cœperunt. Theodorus Triuulcius cum Italis Gallisq; militib. pedestri itinere in pacata discessurus pari celeritate vrbe est egressus. His reb. celeriter confectis tertio Nonas Ianua. die Mercurii vrbi & arci deditis Ludouicus Ferrera est præfectus præmium laborib. virtutiq; debitum. Tarenti quam urbē obtinebat, cura Petro Nicuesæ demandata. Captiuis quicumq; præsto fuerunt reddita extēplo libertas est. eodem post biduū appulit Obenignus & cum eo Galli captiui ad mille & ducetos. Et Obenignus quidem continuo naues conscendit: alii fide publica accepta terra abierūt. Pleriq; tamen in reditu periere laborib. fracto corpore tentata valetudine: ipse etiam Salucius summus copiarū dux Genuæ decessit, nihil imperio militari affecutus nisi molestiā ignominiaq;. Palicius è numero Gallorum captiuorū antea euaserat Antonii Cardonii permutatione quem Hugonis fratrē Galli superiorib. mensib. in conflictu ceperant. Fidei difficilis reip. temporib. eximie ab Antonio & fratrib. cultæ laborumq; ipsi priuatim præmium Padula fuit Capacio detractū municipiū Marchionis nomine, adiecto, quo gratius honestiusque donum esset à Rege Catholico cōcessum. Non deerant qui Gonsaluum cōsiliū præcipitis in eare incusarent. Tanti ciuitatē vnā alioqui breui in potestātē venturam non fuisse, vt tot captiuis libertate reddita redimi equū videretur viris genere & factis nobilissimis. Placere omnib. qui posset: iudicia singulorū linguaq; frenare? Patientia prædicabant quādo hostes mœnib. clausos teneret subdi eam urbem cum cæteris licuisse: neq; cōmittendum vt rursus de rerum summa periclitarentur, si iis ducib. ea peritia bellū esset instauratum. Ad eas voces Gonsaluus pluris esse q; in sulphureū puluerem & globos ferreos insumeretur dicere, quam q; iactabant periculū. Supremam vulneris curationem omnibus plagis præstare, quas Obenignus aliiq; captiui ferro facturi essent. Deniq; canē mortuū non latrare, neq; militem in fugā compulsū nocere. Horū alterum captiuis necessario euenturum. Magnorū ducum consilia haud merito temeritatis accusari debent, aut imprudētiæ, vt rationes maxime lateāt ignaris, vbi calceus premat. Si licet coniecturā facere, suspicari possumus pecuniæ in stipendiū suprema difficultate laborasse, neq; minori annonæ inopia alendo exercitui. Ex eo tumultus militaris ne existeret metuere, paruis sæpe momentis in bello magnas conuersiones fieri non ignarū. Ad hæc fama vulgatum ad ciuitatē veterem duas onerarias cōmeatu & instrumento bellico onustas Caietā destinari præter alias duas ad Fossas Marianas in Narbonensi littore reb. omnib. instructas paratasq; eodē nauigare. Ac illud sollicitare maxime, q; Pontificem facere Andegauenfib. exploratū erat, ac nouo vinculo vti astringeretur amicitia, Finarii Marchionē in Galliam misisse filia cōiugium vt pacisceretur cum Lotaringii filio. Regno Neapolitano quasi dotali armis sua ope subactō Hispanisq; depulsis repetito maiorū suorum iure haud dubio vti ipsi prædicabāt. Si id ex voto non succederet vasta animi cupiditate Franciscū Mariam Præfecti fratris filium cogitabat iungere cōnubio cum filia Friderici Regis, facta patri puellæ spe regnum, vnde erat eiectus recuperandi: Sic Principum voluntates vt vehementes, vno sæpe tempore tendunt in cōtraria. Deniq; ignorabat nemo ad consiliū Friderici in maiorum opes restituendi à Regib. Hispano galloq; agitatū, accessisse Pontificē adiutorem. Eius molitionis famam aduersarios erexisse ad nouas spes, amicorum animos debilitasse imperium negligentib. cunctis, q; fore diuturnum non putabāt. Ita importuni conatus cōfecto bello occupandi videbātur. Et vtiq; in ea cura, maxime omnium vrebatur, q; vrbes & quætores regii pecuniam maligne suppeditarent in sumptus bellicos, mutatione imperii cupientes

eam pecuniam Friderico reduci donum seruare & sibi in posterum gratiam. vnde indies inopia crescere rerum quæ ex belli vsu essent, suprema annonæ angustia premi, neque in stipendium militare pecuniam suppeteret. Ergo Caieta ad deditiois cōditiones redacta, priusquā noui aliquid incideret, q̄ instituta præclare consilia peruerteret: continuo Ter-  
 10 tienstinum Ducem in Aprutium amandauit eius prouinciæ moderatorem, simul vt Bionti Marchionis arces eo tractu iugum detrectātes ad imperium adiungeret. Liuiano cura data est Ludouicum Arsum impugnandi se Venusiæ tenentem maiori aliquanto arcis munitæ fiducia quā viriū. Aduersus Cōuersanum regulū Materę Comes & Petrus Pacius abierunt. Capacium itē intra Laurinum obsederunt Egidius Nepos & Petrus Nauarrus.

Obsesso huic ac de salute libertateq; sollicito permissum Tranum discedere Venetæ diti-  
 20 onis in Apulia urbem cum vxore filiis & domestica supellectile, relictis modo pecoribus, tormentis, & reliquo bellico apparatu. In magna Græcia à Gomefio Solifio Rosanus magna principatus parte adempta ægramq; spem seq; sustentans Sanseuerina tantum & Rosano vrbib. retentis: intra Rosanum ab eodem obsessus tenebatur. Erat præterea Gōsaluo destinatum Præfecti Ruuerei oppida, quæ in ditione Neapolitanā obtinebat, admota vi capere patruī Pontificis nulla cura. Sanior ille Hispanorum partes amplexus aut simulās continuo tota ditione sublatis Regis Catholici insignib. nomen Hispanū inclamari mandauit. Fides vt syncera videretur, vltro ad victorem venire ipse constituit. Accepit venien-  
 30 tē Gonsaluus benigne venia data eorum quæ secus gesserat: tamen si non ignorabat animo alieno esse: ac tandiu perstiturum in fide, quandiu foret ex vsu non amplius. Sed Pontifici tamen placando data ea dissimulatio est, ne aperte aliquid turbarum daret, vt erat ardenti ingenio à primis annis atq; à maioribus hostis Hispani nominis.

*Inducie Gallos inter & Hispanos pactæ.* CAPVT VII.

Caietæ captæ, vt impensæ parceretur, ea tuenda maximè haud dubium futuræ, & gra-  
 uissimæ in ea ærarii calamitate, custodia Hispanis credita est eo in colonix formā deductis, è veteranis delectu habito. Mox Gōsaluus Neapolim aduolauit: vbi eo plausu eaq; lætitix publicæ veræ, an simulatæ significatione inuectus est, qua Regem è priorib. vnum  
 40 ciuib. gratum ac de hostib. parto triumpho redeuntem maiori excipere non possent. Ad eam urbē proceres priuatim, ciuitates publice edicto vocauit, vt qui eatenus nō fecissent, sacramento in Regis victoris verba suscepto fidem astringerent amplius. In eo conuentu  
 50 eos qui bello industriā operamq; probarant, laudib. præmiisq; vt cuiusq; merita erāt, honestauit. Liuiano nominatim annuos octo millia aureos designauit lege perpetua ex Bifiniano principatu detractos. Propinquis eius duo millia & trecetos tribuit, quo maior esset gratia præmio singulorū virtuti & præclaris factis exæquato. Ea in Vrsinos munificētia Columnii utebantur, priuatas inimicitias publicæ causę importune miscentes. inuidia in præceps agebat, qua plures sæpe inimici quā iniuria parantur, quæ pessima cōditio humanæ mortalitatis est. Perturbatus semel animus nunquā in vno gradu resistit. Prosper Columna in Hispaniā nauigare constituit, querelis aduersus præsentē rerum statū armatus, efficiendi spe vt Gōsaluo, cui maxime iratus erat, succederetur. Odii causæ acriores quia  
 60 iniquæ. Fabricius Roma, quo iuerat, facultatem petiit Florentinis militādi: quam veniam Gonsaluus dedit re necessaria, ne iniussu sumpta vindicandī necessitatem imponeret. De constituēdis iudiciis serio in conuentu actum est: quæ vehemēter labefactarat bellorum iniuria, tēporum conditio; rapinæ, cædes omneq; genus flagitia impune exercebātur nullo vindice, ne ipsi quidē consanguinei inter se à mutuis iniuriis & cædib. tēperabant, tetra malorū colluies. Quies prouinciæ sine armis, arma sine stipendiis, stipendia sine tributis non contingant. Curatum ergo, vt populis volentib. pecuniæ redigeretur quantum satis videretur impensis factis instantibusq; alendisq; stipendio militibus: quos retinere omni ratione destinabat, atq; in oppida tribuere, vbi molestiæ foret minus annonę copia maior. Hispanorum modo centurias aliquot, quoniā inutiles erāt, quippe ex perditissimis homi-  
 70 nib. conflata data aliquanta pecunia & cōmeatu procul in Hispaniā duab. nauib. amādauit, ea sentina exhausta cōmodiores fore reliquos milites ratus. Simul belli mala maiori diligētia resarcire instauratis mœnibus, munitis arcib. præcipue Neapolitanis Caietanaq; Capuā adhibitis propugnaculis adiunctisq; aliis munimentis ita firmavit, vt munitior videretur, quā si perpetuo muro cinxisset. Hæc omnia eo pertinebant, vt si quid denuo ab hoste moueretur, prouinciā ad defendendū paratā inueniret, atq; omnib. præsiidiis septā. Ac præsertim ciuium adiuncta beneuolentiā; quæ præcipua cura fuit, omnes difficultates vicit cunctis ad obsequium paratis, quęcumq; postulasset, nihilq; omnino, q̄ placeret denegantib. Et est longe potentior amor ad obtinendum q̄ velis quam timor. Ac vero tota Italia eam nominis existimationē erat consecutus, vt pleræq; vrbes certatim studia deser-

rent transitumq; ad Hispanorum partes. Genus imprimis Adornii & Fregosii, quamuis inter se aduersæ factiones, consensu polliciti sunt, si duo militum millia mitteret, graue galorum imperii iugum de ceruicibus continuo excussuros. Iulianus Medicus Petri frater eius, qui ad Lirim missus est, centum millia aureos annua ipsum ac propinquos duros modo Hispaniæ viribus in patriam Florentiã, vnde exulabat, restitueretur. Pisani retinenda libertatis, quam auide arripuerant, studio inflammati aduersus Florentinos non dubitabant vrbs patrociniũ, aut si id malet imperium Hispano deferre. Tantundem Aretini detulere Florentinorum imperio defessi, rerum nouarũ cupiditate immemores videlicet humanæ fortis, imperium vix nisi in peius mutari. Plombini sane regulo volenti expetente datum vt sub vmbra Hispanicæ protectionis delitesceret, vrbs modicæ quidẽ, cæ- 10 rerum regno retinendo percõmoda ad excipiendas ex Hispania classes idonea, propter egregium portum tutasque circa stationes, & aliam opportunitatem maritimam terrestremque. Pandulfus Petrucius Senensis suo & suæ vrbs nomine Paulusque Ballionius Perusinus sibi Perusiæque veniam & pacem à Gonsaluo expetere. Ex ipsa Mediolano vrbe sexcenti ciues clam cõmunicato inter se consilio studia & opes offerebant, si induceret in animum arma in eam partem conuertere, Galliaque Cisalpinæ bellum inferre belli & pacis ea tempestate arbiter in vniuersa Italia. Verũ hæ omnes molitiones disturbatae sunt induciis à Gralla & Antonio Augustino trium annorũ in gallia pactis comprehenso etiam in eo fœdere regno Neapolitano. Rex Catholicus Meioradæ sub finẽ mensis Ianuarii eam pactiõnem iureiurando firmavit. Sancitũ inter alias conditiones vt Nea- 20 poli voce præconis id fœdus enunciaretur Februarii die vigesimo quinto. Distulit Gonsalvus euulgare prius dictitans rebellibus contestandam videri. Rosanius eo vt beneficio noluit: ac potius Solisio cognita Regis voluntate oppugnationẽ remittente neq; vigiliis intentis ex vrbe copiis eductis Cherintiam obsedit, vastatis circum agris igne ferroq;. Ludouicus Arsius quãuis inducias amplexus Andriæ & Barlettæ pecora deprædatus, captiuos etiã incolas egit. Hispani in violatores fœderis posse animaduerti ex cõcepta in eo verborum formula rati vtrumq; male multare destinabãt. Et Venusiæ quidẽ arcem facile ceperunt haud satis munita ab Arsio relicta, quib. diebus paulo ante Tranum abscessit, inde in Galliam iturus mari. Quod ad ostensionẽ audaciæ fecit, milites signis sublatis pulsatis tympanis per hosticũ quasi per pacata ducens, acceptæ ignominia leue sola- 30 mẽ. Rosanũ vrbs tandem per cõditiones à ciuib. est dedita. Intra eam Rosanius & multi alii è nobilitate Neapolitana viri præstantes sunt capti. Rosani exemplo Sanseuerina quoque breui in partes accessit. Conuersanũ Petrus Pacius vi cepit. His captis vrribus Brutii & Magna Græcia Hispano prorsus cesserunt. Prouinciæ illi vniuersæ in locum Aieli Comititis propter longæuam eius etatẽ, rerum moli impares vires, Hugo Moncada est præfectus cum summa bello paceq; decernendi potestate. Secundum hæc sex tantum oppida eaq; procul à mari in vniuerso Neapolitano regno gallis relicta sunt. Magna Regis Galli offensione oppida contendẽtis post diem induciis euulgandis præfixũ ab Hispanis capta restitui æquum esse: ac vero initi fœderis euulgatione dilata fraudẽ susceptam interpreta- 40 batur, quæ noxa patrocinari non deberet. Itaq; omnib. persuasum non diutius in fide data permanisurum quã ex usu esset: ac fœderis simulatione agere vt Hispanos imparatos inueniret. Confirmavit eam opinionẽ eodem tẽpore, quo induciæ sunt pactæ, summa imperii militaris per Italiam Ioanni Iacobo Triuulcio delegata viro nihil minus quam quietẽ concordiamq; patienti, ardentis ingenii, factiosoq;, neque tam præmiis periculorum quam ipsis periculis læto. Quinq; etiam Heluetiorum millia expectabantur ventura propediẽ, ex Gallia quingenti grauis armaturæ equites Obenigno Alegriõq; ductoribus. A Mátuano & Ferrariẽsi ingẽtes delectus instituti. tãti apparatus quo expectarẽt dubitabat nemo. Decumbebat Gõsaluus Neapoli salute ferme desperata. Ex ea re & quoniam fama rursus nunciabatur Fridericũ in pristinas opes restitutum iri, ac vero à Põtifice agi, vt gallicis copiis summus dux designaretur multis sermonibus materia extitit. In fœcunda gi- 50 gnẽdis inimicitii ciuitate & ex otio ferendis rumorib. apta multorũ odia eruperunt, quæ aduersus Gõsaluum eatenus pectoribus tecta tenebantur. In quo Columnii proceres longius prouecti linguæ licẽtia multa in eum intẽperanter effuderunt. Verũ eã procellam, quæ maiora incõmoda minabatur, ægroti valetudo breui recreata ac plane destituta difficic. Ipse cõtinuo in bellicos apparatus diligẽter incubuit ad defendendum q; omnium grauissimum imminere bellum videbatur de Neapolitano regno. Vbi & per vniuersam Italiã atq; Hispaniã maligna sideris in frugib. corruptis & fatis, annonæ angustia maxima laboratum est: Nonis Apr. die Veneris sancto horrẽdi terræ motus extitere cũ magna edificiorum strage: vis maior labefq; in oppida quẽdam incubuit secundum Bætis ripam sita.



His malis territi mortales votis & suppliciis irata placare numina ad omnia templa instauratis. Olisipone valida classe instructa Lupus Suarius cognomento Aluarenga soluit Orientis regiones versus Indosq;. Prima Lusitani imperii in iis oris latissimi fundamenta ab iis exiguis initiis ponebantur: quibus magnæ structuræ moles breui ex intervallo accessit.

*Valentinus dux captus, missusque in Hispaniam.* CAPUT VIII.

**O**btinebant in Flaminia Veneti vrbes, quas extincto Alexandro Põtificè occuparant armis: & ad alias aspirabant nihilo meliori iure. Valentinus Pontificiis opib. repente nudatus, sociis infidis, ab amicis destitutus, imparq; Venetorù virib. Iulium nouù Põtificè vltro inuitauit ad capefcedas arces, quæ eo tractu illius imperio parebãt. Facto sic fœdere

**10** Petrus Ouetus Põtifici à cubiculo, & antea è familia Valètini ipsius cõsensu missus est, vt eas arces obtineret. Dux vt erat ingenio vario atq; inconstanti, subeunte initi cõsiliij pœnitentia aliud atq; aliud subiiciente animo, vti peruersa ingeniã facere solèt, ad Dieghum Quignoniù eius nomine Cæsænæ præfectum litteras dat cù mandatis Ouetù necaret laqueo fracta ceruice. Fecit ille q; imperabatur diligenter. Põtifex grauè, vt erat, ignomiã neq; dissimulandù iudicans auctorè necis intra Pontificiam aulam detineri iussit, dum eę arces redditæ essent: ac nominatim Cæsæna, Forliuui atq; Bertinorum. Cõmeantib. tamè internuntiis constitutum est, vt capto redderetur libertas cum primum eæ vrbes & arces Põtificiis legatis essent cõtraditæ. Interim vincetus Ostiæ custodiretur Bernardini Carualii Cardinalis cura fideq;. Ita ipsemet petierat alibi se tutù fore non sperans multis & va-

**20** lidis circũfusus inimicis. In quo numero principes erant Guido Montefeltrius Urbini dux ipseq; præfectus vrbes Põtificis ex fratre natus. Additù, vt traditis arcib. facultas capto esset geminis Pontificiis triremib. in galliã concedere: nisi dederentur in Pontificis rediret potestati. Cognitis iis molitionib. Gonsalvus acre ducis ingeniù, reb. turbandis idoneum veritus Neapoli Lescanù Ostiam dimisit, qui Cardinali eius verbis suaderet, vt vinceto auctor existeret Neapolim potius quã in galliã abeundi. si quietè amaret, pecuniã & secreta Campaniæ offerret: si bellù, honestam conditionè, opima stipendia; tantum se & sua Ferdinãdi Regis fidei permitteret. Ne incedio scilicet late excitato malorù orbis rediret metuebant q; sopita videbantur. Sane Valentino melius, quã vlli hominum Italica ingenia & conatus quorsum tenderent exploratù erat. Metuebatur ab omnib. militum beneuolentiã sibi adiunxerat, ac eorù maximè qui habebantur audacissimi, temeritate prõptiores. Voluntas praua nõ nisi scelere querebatur. Obtulit Cardinalis operã & industriã, quanti id referret nõ ignarus fidèq; publicã à Gonsaluo missam accepit tutù apud se fore ab iniuria. Interea Cæsæna & Bertinorù legatis Põtificis traditæ sunt. Idè vt faceret Gonsalvus Mirafontius domo Vasco Forliuio Præfectus adduci non potuit nisi prius quindecim aureorù millia numerarèt, q; in munitiones & stipendia expesa ferebat. Dux libertatis cupidus & quoniã inimicos eius vitæ insidiari cognouerat. Venetis mensariis eam summã repræsẽtantam edixit datis nominib. Decreta ea pecunia neq; de solutione, neq; de Præfecti Forliuensis fide dubitabatur. Sic Dux libertati redditus Cardinalis diligentiã, multoq; suasu relicta gallia Neapolim flexit iter. vrgens diuina vltio versutù alioqui hominè excauuit. Dextram

**40** venienti Gonsalvus obtulit fidei amorisq; pignus. Comiter acceptum dein omnib. officiis coluit. Ille tamè vt erat ardenti ingenio quietis impatiens cõtinuo milite & pecuniã Forliuensem arcẽ iuuandi cõsilia agitare institit Pontificiis nõdum deditã: vasto simul animo Plõbinum, Perusiã, atq; Pisas occupandi varias rationes tentare audax, callidus & in quacumq; se partem dedisset industrius aut prauus. neq; pensi habès Pisas sub patrociniõ Hispano delitescere, eamq; ad tuendã vrbe in clientelã Hispaniæ susceptã missos Neapolitã peditù equitùq; numeros. Subornare quin etiã tũ Germanorù tum Hispanorù cohortes, q; in regno Neapolitano erãt iniecta maioris spe stipèdii: Importunè molitiões latere equi possent inter infensos circũfusus vndiq; obseruatorib. Gonsalvus tamen ne hospitii iura datãq; fidè violasse videretur, cauere satis initio habuit: custodiis dissimulãter circũdare,

**50** ne impotentis hominis conatus vltius procederèt. Offensus ea re Valentinus dispositis ex intervallo ad cursù equis è Neapolitanis finib. fugere cogitabat. Suscepti cõsiliij Neapolim eundi pœnitentiã subierat sera iam: præsertim ex quo certior fuerat factus biduo postquã Ostia ipse discesserat, Romã peruenisse Finarii Marchionè cù galli Regis mādatis honestissimas cõditiones offerentis, si eius auspiciã quã Hispani sequi mallet. His conatibus, vnde magna incõmoda nisi occurreretur tẽpestiue, extitissent, cõmotus Gonsalvus in arce noua ducem detineri mandauit, noua & diligenti custodia adhibita ne fuga posset elabi. Tãcti Põtifex quoniã arx Forliuensis nõ reddebatur Ostiã referri, aut sibi tradi, vt antea decreuerãt enixe postulabat. Vt placaretur Põtifex Gonsalvus vinceto persuasit ea arce tradita data se fide liberaret. Missiq; ad id Artes quidã è familia Ducis & Ioannes Cardonius

Romã ad Frãnciscum Rogiũ legatum, cũ notis & tessera, per q̄ arcis præfectus haud dubiũ intelligeret heri ea esse mãdata. Sic Forliuiensis arx tandẽ in Pontificis venit potestatem. Artes Ducis quãuis vincti timebantur. Ea anxius cura Gonsaluus postquã se in oẽs cogitationes verlasset, fore consultũ iudicauit si procul ab Italia amãdaretur. Fidei violatę elui maculã, quoniam cõmississe videbatur, vt pacta non seruarẽtur. Ergo Antonio Cardonio & Lescano cũ vt in Hispaniã abducerent, cura data est, Italię, ac vero Christiani orbis facẽ in vltimos fines amouerẽt, ne nouis incendiis cuncta rursus flagrarent. De Valentini vinculis & in Hispaniã missione varii sermones extiterunt. A plerisq; Gonsalui fides & cõstantia sugillata est. Ipsi etiã Regi Catholico initio displicuit ancipitis fortunę susceptus conatus. Verum eo erat progressũ, vt retractare nõ liceret. Gonsaluus quoq; officii maiori cura quã famę, damnis, quę eius libertate fugaq; si facultas cõtingeret, impendebant cõsideratis inanes rumores, & qd alii iudicaturi essent, contẽnendos putauit. Magnis Principib. præceptum exemplumq; salutare: officium rumore iudicisq; hominum antiquius arbitrari. Præ aliis Regi gallo graue extitit ducem vinctũ teneri, a quo reb. suis certissimum in Italia præsiidiũ expectabat. Ad nuncium vero fuisse in Hispaniã abductum, dixisse fertur. Deinceps pro fide Punica merito substituamus Hispaniam. nihilo illa constãtior. Interea Vasconum Rex & Regina missa honestissima legatione in Castellam Hérico Labreto filio & hæredi Isabellam Philippi Principis filiam minorem, coniugem expetiere. Benignis aurib. ea legatio initio accepta est. Cõmodum videbatur eo vinculo fidẽ eorũ Principum & gentis nutãtem astringere amplius: ne ea parte procella aliqua existeret. Quam curam 20 hætenus grauem auxerat recens Magdalenę obitus ad Medinam Campestrẽ extinctę, q̄ obsidis loco à Regib. parentib. fuerat missa annis superiorib. Ioãnes Emanuel in exiguo quamuis corpore, vt se res dedissent, industria mirabili acris ingenii sed ambigui apud Cęsarem in Germania legati partes implebat Ferdinandi Regis nomine. Nũc Philippi Principis accitu iuit in Belgas, præcipua deinde gratia & auctoritate in ea aula futurus, in præsentia reb. omnibus, quę Hispaniam attingerent præcipuus consultor & arbiter Principis voluntate constitutus: maiori aliquanto ex eo gaudio Cęsaris per eum sperantis finẽ controuersis, q̄ cum filio erant, fore; quam Ferdinandi sibi ab eius ingenio metuentis ne proinnata calliditate instituta apud generũ cõsilia & conatus disturbarẽt. Quippe Carolum nepotem cupiebat in Hispaniam attrahere à primis annis imbuendum Hispanicis mori- 30 bus, mutua gentis beneuolentia qua maius quam in armis præsidium continetur. Cæsari & filio cõmodius videbatur Carolum detinere spe coniugii cum Claudia, vt erat ante agitatu, idonei maxime ad lites cõponendas q̄ Hispaniam inter Galliam atq; Burgundiam tot annorũ spatio extiterant. Ac amplissima præsertim dos inuitabat, Aurelię, Britannię, Mediolani, & Burgundię, quos principatus Rex Gallus sponis se hæreditarios relicturũ pollicebatur, in id populis continuo sacramento adactis. Largus promissis & quę natura cupiditatis ardẽtis est, immodicus. Puellę matri Regiņę consultius videbatur eam Francisco Valensio Engolismorum duci, cui proxima regni spes destinabatur; connubio collocare. Omnino passurum eũ nemo existimabat regno suscepto nobilissimos principatus detrahi seiungiq; à reliqua ditione: ne futurũ quidẽ cauere satis posse, nisi viuis parẽtib. 40 puellę de manu traderẽtur; præsiidiis in eius verba iuratis, q̄ quis auderet sperare: postulare quidem nefas.

*Gonsalui potestas circumcisa.* CAPVT IX.

**I**N medio felicitatis cursu tantaq; gloria parta obtrectatorum linguas, fortunę incurfus vitare Magnus Gonsaluus nõ potuit. Et est natura datum vt prosperis dubia succedant, post serenum atrox ventorum tempestas consequatur. Ab externa vi nõ modo tutus sed inuictus intestinis calumniis petebatur instantis periculi ignarus. Inuisi suspectiq; dominantib. sunt, quos altius virtus euexit, quia meritis æquam cõpensationem facere nõ possunt, malignis eos oculis intuentur. Minorum calumniis iidem obnoxii sunt grauitè ferentium gloria & opib. præstare, quos paulo ante in æquo viderunt. Omnino æmulatio nascitur inter æquales, alitur contentione, exardescit inuidia, cuius finis est odiũ. Verum 50 hæc mortalitatis humanę vitia sunt. ad quę noua & validior accessit causa virũ præclarũ exagitandi. Omnibus, qui in superiori bello strenuam operam nauarant satisfacere non potuit ne dum ignauis, qui enim liceret, præsertim, vt est hominum ingenium vnoquoq; sibi blandienti, plurisq; quam erant propria merita æstimanti, aliena contemnti, pari vtrumq; vitio? Sic aliis collata præmia non minus vrebant, quam sibi detracta, quę deberi existimabant. Ex fonte tetro fœdoq; plenę expostulationum voces prodierunt. Et tamen ægritudo priuata suusq; cuiusq; dolor honesta boni cõmunis specie velabatur. Eas querelas in Hispaniam pertulere quidẽ eo profecti, plures missis codicillis: excepere multi patulis auribus, eorum qui in aulis Principum magno numero viuunt vaniloq; ignaui, nulla propria

propria virtute, sed Principum offensione perspecta, viros præclaros criminando, quæ pessimum obsequii genus est, crescere opibus & potentia & gratia assueti. Capita accusationis multa erant. Hæc præcipua. Iulianum Ruuereum Cardinalē (qualem hominē & quanto Hispani nominis odio?) In Pontificatus petitione subleuasse. quo id argumento, quibus testimonis? Certe conatus eius peruertere debuisset accusabant ex interceptis litteris inter regni tempore cognitos & priuatim ex syngrapha nuda ipsiusmet manu, qua in Hispanos pontificatum adeptus. Verum id ludibrium erat: neque calumnia prudentibus probata. Nam Bernardino Caruaialio Gonsaluum fauisse dubium non erat nullo prauo ambitu, sed modesta voluntatis significatione: Franciscum Rogium legatum Neapolitano Cardinali, quauis Galli eo nomini addicto, ut si quis alius, spe purpuræ, ut ferebatur iniecta. Vtriusque conatus inanis extitit, pontificatum adeptus, quem minime vellent. Communis molestia occasionem præbuit innoxium prorsus in eo factum criminandi. Hæc prima accusatio erat. Ex militari licentia sumebatur altera maiori specie veri. Milites belli tempore laxius viuere assuetos quippe, raptis rei familiaris angustias in pace ægre ferentes per vrbes & oppida spoliare, rapere, vi & stupris cuncta polluere, non sacro non profano abstinere. Alienæ culpæ Gonsaluus reus agebatur sed cum sua implicata, quasi militibus omnia cōcederet, neque feruente legum eorum cupiditates frænaret, castigaret flagitia. Ex eo magnam inuidiam Hispanæ genti vniuersæ cōflari. Irritatis prouincialibus, ne noui motus extarent, verendum esse. Sic illi disputabant. Ad hæc Gonsaluus. Neque milites à religione & modestia cōmendare, neque eorum eleuare crimina, quando ob flagitia ne natali quidem solo eorum licentiam tolerante patriis finibus discedere compulsi arma induerant obærat, exules, capitalia ausi plerique. Ac vero præcipuam licentiæ causam regios quæstores præbere negatis diu stipendiis, ut miraculi instar esset inter tot labores tantaque fame & nuditate corporum tandiu sustentasse seque obediens præstitisse, præsertim ad Lirim atque Caietam annuis & bimestribus stipendiis debitis nullum tumultum cōcitasse, aut secessionem fecisse. Neque tamē vilum crimen, vllamue iniuriam impune esse, quin ex legis præscripto vindicaretur. Crimina omnia impediri nulla diligentia posse, ne frænari quidem linguas in tanta colluione nationum, diuersaque indole hominum. Accusabatur: deinde eius incuria ærariū publicum esse exhaustū, pudenda vectigalium calamitate, regiæ pecuniæ peculatu multiplici. Eo neque eius regni redditus, qui erant amplissimi, neque perduellium, ex bonis redactam pecuniā bellicis sumptibus fuisse satis. Quod caput erat, pecuniæ ex Hispania aduectæ nullas rationes extare accepti expensique. Verum ille Francisci Sancti Regii opsonatoris, id quidquid esset, culpa factū excusabat, aliorumque quæstorum, quos regiæ pecuniæ attractu se contaminasse videri poterat. quid alienam culpam ad se deriuarent? Vectigalia Neapolitana detractis oneribus ordinariis quadringenta & quinquaginta millia auri annua excedere. Cum in militaria stipendia sumptusque alios necessarios supra octingenta milia vno anno facta impensa creuisset. Ex bonis addictis fisco haud magnam pecuniā extitisse propter præmia necessario data viris nobilissimis: qui magno numero Hispanorum auspicia secuti erant. Idonea criminis depulsiō: sed ex qua noua atque omnium grauissima accusatio conflata est. Donare cum oppida, principatus, præfecturas quasi ex proprio, non fiduciaria potestate. Peti à Pontifice ipsius nominatione episcopatus, quibus ipse vellet, inscio inconsultoque Rege, cuius eque partes manifeste erant. E contrario regia beneficia retractare, haud minori offensa temeritateque, non se sua conditione metiri sed regia. Ac nominatim Ioāni Clauerio Alfonso Sanseuerini oppida regiæ munificentiæ donum denegasse, aliis præterea Regis mandatis sæpe non obtēperasse incredibili contumacia. Quod si rerum status secus videbatur postulare, qua fronte tantū sibi sumeret, ut ne rationē quidē facti reddendā per litteras iudicaret? Principum sæpe patientia seruos insolentes reddi alienoque regnare nomine, peccare adeo, quæ vindicaretur malo. Sic illi prædicabant. Nec dubiū hac in parte offendisse Gonsaluum per incuriam corruptū animū in viro summa fide interpretari quis audeat? Sed cum iudicio excellēti esset, cōscientia securus fortassis vltius progressus est quā vicarii cōditio pateretur, Principumque ingeniū de minutissimis quoque rationē reddi expectantiū. Nullus utique sine culpa viuit, in hoc ille, is in re alia sibi indulget. Colūni proceres præ cæteris accusando Gonsaluo præcipuam curam impendebant: ac nominatim Prosper Columna in Hispaniam profectus est apud Regem de acceptis iniuriis ex postulatū effectumque diligentia ut Gonsaluo in prouincia succederetur multis argumentis, quibus aduersarium prosternere cogitabat, ex aliena inuidia & infamia gloriam & honores captās. Ex arcano tamē nihil vrebat magis quā honores Liuiano habiti pluriū equitū præfectura data, quā ipsi Fabricioque patrueli. Id vero grauius ipsa morte ducebat auctoris ruina vindicandū.

Gonsaluus parum ægritudine hominis offensaq; commoueri: tantum monere regem per litteras obtestariq; Prosperum ut omni benignitate complecteretur, munerum magnitudine mulceret iras, cum eo tamen ne Vrsini imminuto ipsorum honore alienarentur. Re ferre tãti diu eas familias deuinctas obsequentescq; habere. Salutaria monita inuidia potentior euertit. Quotidianis ex postulationib; & querelis commotus animo Rex haud vana profus esse quæ à tam multis dicebãtur, legato Neapolim ex familia Reginae viro nobili Alfonso Deza de quibus postulabatur omnib; admonuit. Ac vero diserte mandauit, daret operam ut regia vectigalia maiori in posterum diligentia fideq; procurarent. Militum licentiam frænaret, quorum bonam partem ex ea prouincia deduci mittiq; in Hispaniam bello quod in Africam transferre volebat auxilium. Iudicia constitueret temporum iniuria labefactata, ex legum priorum moreq; præscripto. Ioannes Spinelus Conseruatoris nomine abstinere genti vehementer inuidioso. Deniq; Proregis potestate contentus, iis finibus auctoritatem contineret maiora sibi relinqueret. Graue hoc postremum mandatum Gonsaluo extitit: regni eius conditorum cum tanta Hispani nominis gloria questuq; in aliorum præfectorum ordinem redigi, angustis cancellis circumscribi potestatem, eam videlicet gratiam effusi sanguinis esse, præmiumq; toties victoriæ de hostibus partem. In reliqua tamen molestia arcis Nouæ præfectura, quam ipse Nunnio Ocampo crediderat, in Ludouicum Peixum translata à Rege, ne ipso quidem appellato, vrebatur maxime scilicet insignis contumelia, argumentum regii animi sine causa alienati. In Gallia de induciis pace mutandis agebatur, Friderico in regnum Neapolitanum restituto, quod Rex Catholicus probabat cum eo si Ferdinandus eius filius Ioannam Neapolitanam Reginam viduam uxorem duceret Gallus restituto Friderico, filio eius Germanam Fuxensem & sorore natam uxorem omnino destinabat. Coniugium tamen Caroli cum Claudia filia potius existimabat, si modo Hispanis deductis ex Italia regnum Neapolitanum penes sequestrum esset Philippum Caroli patrem. His conditionibus agitandis aliquot menses consumpti sunt haud magno fructu. Gallo placebat eas controuersias arbitrio Pontificis finiendas permitti. Hispanus adiungebat collegium Cardinalium. Ratio excogitari nulla poterat quæ ab utroq; probaretur. Qui enim posset? Andegauensium restitutio imprimis opponebatur ardua profus rebus multum ab antiquo mutatis. Gallus enim Salernitano Bisiano, Amalfitanoq; cum primum patria extorres se in Galliam receperunt, per publicas tabulas fuerat pollicitus nunquam cum Hispano facturum fœdus, nisi prius in detractos principatus illi reponerentur. Promissi fidem fallere graue erat. Multis disceptationib; parum proficiebatur. Ea re quoniam vexilla Hispanica Pisis fuisse sublata nunciatum erat offenso Gallus animo Hispanos legatos ex vniuersa Gallia discedere mandauit Grallam & Antonium Augustinum. Importunis actionibus belli pacisq; commercia sublata. Iis acceptis mandatis Regina legatq; Cardinali salutatis, ac postero die Friderico Rege inuiso Regem suum propensa in eum voluntate esse monent. Per quæ stare, quo minus restitueretur in regnum dies superiores & conatus ab utraq; parte documento fuisse. His defuncti officiis itineri se dederunt ad septimum Kalendas Septembris ex ea curia digressi recta petentes Hispaniam.

*Fœdus contra Venetos factum.* CAPVT X.

**D**imittendi è Gallia Hispanos legatos superior causa palam iactata est, maior tamen ex arcano cura sollicitabat ne fœdus præsentia disturbarent scilicet, quod Cæsar & Philippus filius cum Gallo inire cupiebant. Sic fama vulgauit, quam vanam non fuisse mox rerum euentus confirmauit. Simul enim atque ii discessere Blesis, eodem Cæsaris & Philippi Principis legati superuenere. Eorum opera ad decimum kalendas Octobris suorum Principum nomine cum Gallo fœdus sancitum est, quod veram atque indiuiduam amicitiam vocari placuit. Præcipua pactiois capita. Ne Cæsar Insubribus arma inferret, neque alios Italiae regulos Galli confœderatos impugnaret. Eorum ne cuiquam fraudi esset, si quid in imperii maiestatem commisissent ex quo Carolus octauus Galliae Rex transcensis Alpibus in Italiam irruerat. Si quid in posterum deliquissent, vindicandi fas esset nullo in contrarium Gallico patrocinio. Publicis tabulis Mediolani principatus possessio Gallo iure hæreditario confirmaretur intra tres menses, pro ea indulgentia ducenta millia Francorum præsentia numeraturo. De regno Neapolitano ne Gallus pacisceretur cum Hispano nisi Cæsaris consensu. Si concordiam inire honestis conditionibus Hispanus recusaret, Cæsar Gallum copiis & armis iuuaret ad regnum recuperandum. Ludouici Sfortiæ postremi Mediolanensis Ducis filiis in Gallia oppida & vectigalia designarentur, quotiescumque eam prouinciam domicilio deligerent, vnde vitam sustentarent. Exulibus Mediolanensibus venia daretur, bonaque quibus fuerant euersi iure belli. Quatuor menses designati, intra quod tempus Hispano liberum esset, se ad eam

eam societatem adiungere, ea tamē exceptione si Carolo nepoti traderet Neapolitanum imperium iis conditionibus, quæ antea fuerant præscriptæ. Intra tres menses singuli amicos nominarent, quos hoc fœdere vellent cōprehendi. In quo mirum videri potuit, neq; à Cæsare neq; à Philippo Regē Catholicum inter amicos fuisse numeratū. Quæ res multis sermone dedit, Regis animo molestiam. Atq; hoc quidem fœdus palam agitatū sancitumq; quo totius Europæ arma mouebantur importuno conatu. Occulte enim eodē die noua armorum societas à trib. Principib. adiuncto ad fœdus Pontifice sancita est. Vires iungendi pro Christiana religione aduersus Turcas species facto prætentæ. Venetos impugnare destinatum cunctis erat, animusq; vnicuiq; iniustis possessorib. detrahendi quæ superiori tempore singulis ablata iniuria occupare interpretabantur. Pontificio imperio Alexandri Pontificis post obitū & Valentini Ducis vincula Rhatennam, Seruiā, Fauentiam, Ariminum, Cæsarnā cum subdito cuiq; agro, Imolæ, quæ olim Forum Cornelii fuit, ditionis magnam partem detraxerant. Cæsar Roboretum, Veronam, Patauium, Vicentiam, Taruisium, & Forum Iulii quasi ad imperii & Austriacæ familiæ ius spectâtes capere destinabat. Ad Mediolanensem principatum Bressam, Cremā, Bergomum, Cremonam & Geradadam cum suo quamq; agro à Venetis possessas Gallo reuocare certum erat. Sequa tempestas in nobilissimam ciuitatem, quasi increbrescentē vento ex omnib. plagis & maiores volente fluctus cōcitabatur, minori multorum cōmiseratione propter perpetuam eorum ciuium in prolatando imperii fines quacumq; ratione constantem cupiditatem.

2<sup>o</sup> Monuit Laurentius Suarius harum molitionum Venetum Senatū spe inter eos & Regem Catholicum societate armorum constituta Neapolitanas res sustentandi, quæ in periculum veniebant hoste præualido Hispanis thesauris exhaustis vsq; eo, vt ex rationario regio cōstaret, posteriori eo bello vsq; ad tertium Idus Octobris supra decies centum aureorum millia in nominib. aut pecunia ex Hispania missa in Italiam. Ingens ea tempestate summa, nunc leuis impēsa: vsq; adeo res ab antiquo mutarunt paucis annis. Veneti nō facile verbis legati fidem adiungere: atq; more & instituto suo belli spectatores esse malle quam pars, ex euentu consilium captare destinantes quod è re ipsorum futurum maxime iudicassent. An Veneti tantum hoc sequuntur & non etiam Principes alii? Quin ipso tempore Ægypti Sulthanum sollicitasse scribunt, vt Indici maris imperium Lusitanis eriperet, Orientis commercio prohiberet, quod illi suis classibus occuparant magno Venetæ reip. incommodo Aromatibus quæ Alexandriam deuchi solita erant, in Lusitaniam auersis. Id vt facilius impetrarent legatum Cairum miserunt urbem Ægypti primariam: cum eo ingens æris pondus, tormenta conflandi scientia, nauesq; more nostro fabricandi peritos artifices, Regi Calecutii, quod nobilissimum Orientis emporium est, subsidium quo Lusitani pellerentur Indicis oris. Egerunt præterea cum Rege Catholico vt eas cōtrouersias componeret, pro ea auctoritate quam apud Lusitanos paterna gratia necessitudo & ius propinquitatis dabat. Lucri cupiditas maximi aures Lusitanorum obturarat ne pacē fœdusq; orantes audirent. Ita Laurentii Suarii legati consilio dissimulare constituit, neq; in ea re mouere quidquam nulla proficiēdi spe. Enimuero magnis Principib. multa aggredienda non sunt ne dignitatis iacturam afferat irritus conatus, quia magna famæ momenta in vtramque partem sunt.

*Fridericus Rex & Isabella Regina decessere.* CAPVT XI.

Parum iucunditatis modestiæ plurimum plerisque horum Principum aderat, acerbâ vitæ conditio, & mortalitatis nostræ; quo plura suppetunt, pluribus eget. Cæsare præmebat inopia vectigalium filiiq; contumacia paternis consiliis repugnantis. Philippi principis vxor mente vacillabat. Matrem eius Regnam sub vitæ finem morb<sup>o</sup> prolixus & fœdus inuaserat breui finem allaturus vitæ, nullis idoneis remediis. Eius mortē incommoda ne redirent & tumultus, prudentes merito verebantur, certe rerum & reip. moderandæ forma ne ab antiquo mutaretur. Regi Gallo quæ poterat esse tranquillitas præter alia spoliato amplissimi regni opibus, iniuria, vt ille putabat. Fridericus Rex anxio pectore nō cessabat apud animū suum agitare rationes in pristinas opes patriâq; redeundi. Obtestari Reges vt memores rerū humanarū, & fortunā suam moderarentur, & alienā miseriam ne vrgerent. Desertus tamen ab omnibus, ac inani tantū spe lactatus diu, eam atre bilis vim toto corpore suscepit venis diffusā vt labefactata valetudine in febrim quartanā incidere. quo pressus morbo Blessis post legatorum discessum Turones rediit, ordinario domicilio delectā urbem propter cæli & agri præcipuā temperiē & amœnitatē. Rei familiaris angustia premebat, propinquorū fides fluxa, inter hostes infensissimos diuturnū exilium,

Fieri non posse considerabat, ut duo Reges in vnam sententiam conspirarent. Quod de sua restitutione proponebatur merum esse ludibrium ad orbem fallendum se distindendum ea dissimulatione. Neque in eo decipiebatur, quando ab utroque eæ conditiones proponebantur, quas alterum non probaturum minime dubitabant. His anxium curis maior ex arcano dolor urebat. Filium Calabriae Ducem cui proxima regni spes destinabatur, non ea esse magnitudine animi, industria, virtutibus quibus ad emergendum ex iis angustiis opus erat, ac se defuncto cogitabat facile obtemperaturum presentis rerum statui, haud magno ad superiora conamine. In quam sententiam sub vitæ finem litteras ad filium dedit, multis prudentiæ luminibus, præceptisque saluberrimis distinctas. Debere se eum ita rebus presentibus accommodare ut ad maiora niteretur, neque præposteris voluptatibus  
 10 extingui vigorem animi, frangi corpus, neque terri difficultatibus quavis maximis oportere. Se fortem & munificum ut præsens fortuna daret, cunctis exhiberet, corpus idoneis laboribus virile efficeret ac militare, modestia animam firmaret. Ex quo intelligitur huic principi non consilium non prudentiam defuisse. Fortuna aut vis maior virtuti obstiterit, contra quam non est satis cauta mortalitas. Hæc eius se conatibus perpetuo aduersam exhibuit. Atque ita ut nocte quadam ædes, ubi habitabat, improviso igne concepto, lateque fuso incendio conflagrarent, vix ut cum vxore & filiis nudis nudus euaserit. Eo casu recrudescente auctoque vehementer morbo in ea urbe decessit ad quintum Idus Nouembris, morte quam vita felicior nihil delato regno assecutus nisi labores curasque graues. Duas vxores habuit. Ex priori Carlottam filiam reliquit eo iam tempore in Gallia nuptam, ex posteriori  
 20 filios quinque. Isabellam, Iuliam, Alfonso, Cæsarem, & qui cæteros ætate præstabat Ferdinandum Calabriae ducem. Medinæ is Campestris se tenebat, Regibus assiduus cum de patris obitu nuncius aduenit. Prospero Columanæ id denunciandi, doloremque leniendi abs rege Catholico cura data est. Tamen & ipsum proprius dolor urebat ob Reginae afflictam ac plane desperatam valetudinem. Proximo illa interitu Philippi principis & vxoris aduentum in Hispaniam sollicitare moræ omnis impatiens metu ne motus existerent, idemque ægrotæ verbis exposcebat Gutierrez Gometius Fuenfalida apud Belgas regius legatus. Excusabat princeps bellum à Gheldriae duce finibus illatum. Ea species prætensa auersæ voluntati veniendi, imperii Hispanici quod deferretur, contemptui, uti præse ferre videbatur. Inter has molitiones ingrauescente morbo in  
 30 eo municipio decessit ad sextum Kalendas Decembris magno atque incredibili prouinciæ totius luctu, principem amisisse dolentium ea animi magnitudine & prudentia, ut virtutibus ut inter laudes eius minima sit, superasse longo interuallo Reginae alias quascumque Hispania vidit ab omni memoria, ac vero totius orbis à multis profecto seculis. Granatâ sepulcro delegit. ibi quoniam regiû sacellum nondum extructum plane erat, translatis funere in Alhâbræ arce composita est. In funere atque exequiis sago indui prouinciales vetuit, atque ex eo tempore lugubris amictus insolentia tunc vsitati, mitiori luctu mutata est. Donationes vi magis quam voluntate sui regni initio expressas, fore iniustas testamento sanxit. A quo numero exemit tamem Moiam, quam ultro datam ob eximia merita affirmavit Andreae Cabreræ eiusque vxoris, proinde ratum beneficium in omne tempus propriumque fore voluit. Hæredem ex  
 40 asse Ioannam filiam scripsit, vnaque Philippum eius virum. Addito tamem iuxta ea quæ ante biennium regni conuentus postularant, si valetudine absentiaue aut aliam quacumque ob causam Ioanna impediretur, aut omnino nollet regni curam suscipere: uti eius loco & nomine Ferdinandus Rex tempore procuraret, dum Carolus nepos viginti nihilominus annos esset natus. Præterea ultra militarium ordinum magisteria Regi à Pontifice commendata, prouentuum omnium dimidium ex insulis & continenti noui orbis viro legauit. præterea viginti quinque aureorum millia ex aliis vectigalibus regiis item annua. Testamento curatores Regem nominauit. Toletanum præsulem, Dieghum Dezam Palentinum episcopum, Antonium Fonsecam, & Ioannem Velasquiû rationum regiarum magistrum, præter hos ab epistolis Ioannem Lupum Lezarragam fidos & industrios experta. Non deerat tamem viri alioqui  
 50 præstantes, qui stolidam temeritate Reginae testamento contempto Ferdinando Regi suaderent uti continuo in Regis Castellæ nomine inuaderet, quippe à Castellæ regibus genus ducenti per viros stemmate ducto serie continua. Ad tuendam auctoritatem id fore commodius quam vicarii administratoris nomen. Populorum studiis & antea adiunctis, & nunc sublatis quibusdam tributis & edictis, quæ subditos male haberent, aucta gratia, de successu verendum nil esse. Surdis auribus hæc accipiebantur, mirabili animi constantia spernentis, quæ ab aliis per ferrum & ignes perituræ. Ita ipso die, quo Regina obiit post prædium luctu in latum vultum mutato, egressus regia è suggestu in foro excitato regia vexilla explicari, Ioannæ filix & Philippi viri nominibus gentis instituto in clamatis curauit. Fridericus Tolerus  
 Albanus

Albanus Dux vexilliferi partes impleuit. Eo exemplo per vrbes & oppida, quib. ea prærogatiua data est, similis cæremonia est perfecta, sed in clamaro tantum Ioannæ Reginae nomine, Philippi viri mentione nulla, tantundem in regiis diplomatis, atq; edictis publicis, quæ voce præconis euulgantur, obseruatum est. Enimvero sacramento veteres tabulas, priuilegia & leges regni confirmari à Philippo prius volebant, ne aliquid ab antiquo moteretur quod ciues improbarent, turbas conciret. Assuetis homines stari malunt, nisi quæ vsus manifeste arguit, ac nominatim ne externos in iudicium senatum legeret, neq; iis vrbes aut arces crederet, vti ab Isabella Regina testamento inter alia cautum expresse erat. Hoc mense & Decembri proximo vis ingens pluuiarum extitit, mira aquarum  
 10 proluuies, atque ita vt agris superfusi amnes, corruptis satis famē grauissimam attulerint qua vt hoc anno sic proximo in Hispania laboratum est: famē excepit pestis lues per omnes partes diffusa cum magna multorum clade.

*Controuersia de Castellæ administratione.* CAPVT XII.

Isabellæ Reginae morte contentiones molestæ extiterunt. Concordia & potentia vix vno vestigio consistunt. Ferdinando Regi & vxoris testamento Castellæ regnum administrationem retinere erat destinatum, haud dubio impedimento Ioannæ filia, quam in Belgis inclusam teneri vulgatum erat, sublata decernendi, atque quoquam egredien-  
 20 di libertate. Id vt assequeretur, primum genero Regi per litteras renunciauit, ne sine vxore omnino in Hispaniam veniret. Cupere prouinciales, quod fama ferebatur, de eius valetudine certius cognoscere, idonea esset an secus rebus in Castellâ gerendis. Deinde ex vniuerso regno præceres, & procuratores vrbiû Taurû euocauit ad conuētus generales. In iis conuētibus tertio Idus Ianuarii salutis anno Mil. quingent. quinto Garfias Lassus Ve-  
 30 ga Legionis promagister Præses cæteris datus ac vero reliqui procuratores vrbiû lecto Reginae testamēti capite de regni hærede eiusq; ad ministracione, defunctæ volūtate approbata secundū eam consensu sacramentū Ioannæ dixere quasi Castellæ Reginae, matris hæredi, ac Philippo viro coniugis iure, præterea Regi Catholico administratoris nomine. Ac paucis inde dieb. in conuentu pronunciatum nouæ Reginae valetudinē esse exploratâ. Idoneis id testib. fama vulgarat, quæ nihil occulti esse patitur inter Principes  
 40 maxime. arcana quoque populo proponit atque explicat. Proinde orare Regē omnibus precibus, vt vxoris carissimæ volūtati obtemperaret, rempublicâ capefferet, neque defereret in sinum confugientē. Simul in Belgas nuncios misere cum litteris tertio Idus Februarii datis, quib. nouo Regi rerum à se gestarum rationē reddidere. Ab his initiis conceptâ animi tranquillitatis spem multa turbant. Plerique rectoris mutationem expetebant humani ingenii initio futura præsentib. potiora fore putantes. quæ sæpe fefellit spes. Ac præceres præsertim iniquo animo ferebant Ferdinandum Regem rebus præesse. quemque  
 50 suus vtebat dolor an spes incitabat. pars oppida Hærici Regis domo possessa diu, noua censura detracta moleste ferebant, alii quod postulati alicuius & voti cōpotes non euafissent, dolere scilicet impense. Illud vero cūctos male habebat, quod iudiciis cōstitutis, legibusque reddita vi potētiorum insolentia frænabatur, ne impune in tenuiores inuolarent, vti facere antea impune consueuerant. In eo numero Petrus Manricus Anagari Dux cæteris ardentior suis & suorum opibus palam Ferdinandi conatibus obsistebat. Secundum cum Dieghus Lupus Paciecus Villenæ Marchio se ostētare offensus eius principatus oppidum pridem ablatis, nisi rebus turbatis nulla recipiendi spe. Aliis proceribus idem animi erat, & si tempori seruire ac tantisper dissimulare decreuerant, eo daturi vela, vnde melior spes ostenderetur priuati commodi, quæ potissima cura erat. Vnus Fridericus Albanus Dux perpetuo à Ferdinandi partibus immotus stetit, viri fidem prædicandam si reip. amor tranquillitatis & nō potius propinquitatis respectus detinuit, ne cū cæteris sentiret.  
 50 Hæc domestica erāt. Atrocior à Belgis imminere tēpestas videbatur. Philippus & amicorum principes offensos se putare importuno Ferdinandi Regis conatu. Quod Regis nomen adiungerent, & ad veniendum in Hispaniam inuitarent, id contumeliam interpretabantur. Quæ apud concordēs vincula caritatis, apud infensos irarum incitamentum erant. Quorsum venturum dicebant? Regem cur vocarēt? Quid enim nisi ludibriū contineret, Regis nomē dare, & Regiā potestatem adimere? Quid in Castellam veniret? an vt acceptæ ignominia deformis testis viseretur? inani vmbra regia maiestatis, fructus penes alterum esset? Agris cūctorum animis faces subdebat Ioannes Emanuel in exiguo corpore ardenti prorsus ingenio, multo in dicendo sale. Id veritus Ferdinandus conatus erat illum à Philippo genero abstrahere, ne latius incendium importuno afflatu

funderetur. Ac primum in Germaniam redire iussit iniunctas oratoris apud Cæsare partes implere mandans. Philippus foci arte perspecta discedere non permisit amica vi parata nisi obtemperaret: ac vero maiori deinde in gratia fuit omnium arcanorum particeps ac pene arbiter factus. Quia id non successerat, magnis pollicitis eius vxorē Catharinam Castellam non minoris animi fœminam tentare visum est, si benignitate præfractus viri animus expugnaretur. Multa & magna ipsi & filiis promissa. Parum tamen est ea noua diligentia profectum. Vir enim apprime sagax maiorē in principe & iuvene & munifico spem reponebat, quam in sene & callido & parco. Non restiterunt offensiones in vno gradu locoq; sed in Italiam transgressæ effecerunt, vt Ferdinando Gonsalui fides esset suspecta, ne ad generum & Cæsarem inclinaret, regnumq; ex eo Neapolitanum eriperetur. Augebat suspiciones dissimulanter eoq; validius Prosper Columna suo in Hispaniam aduentu, quamuis sibi & propinquis ex aliena inuidia captans emolumentum, & consecutus adeo quæcumq; voluit. Ac nominatim datum, vt ala quadringentorum equitum Liuiano credita, ad ducentos redigeretur. Iussit præterea Ferdinandus, vt mille & ducentis cataphractis, sexcētis equitibus expeditis, ac tribus peditum Hispanorum millib. Neapolitani regni retentis præsidio, duo millia pedites Hispani mitterentur in Hispaniam in belli Africani apparatus, germanis missio esset. Quæ omnia eo pertinebant, vt impensa minueretur, ac vero debilitatis Gonsalui viribus nocere ex Italia nemo posset, si res deduceretur ad bellum. Rebus enim uero Neapolitanis & litibus diiudicandis nouum in curia regiatribunal est constitutum, iudicibus designatis Thoma Malferito, Ludouico Sapata, Ludouico Sanctio Ærati præfecto, Ioanne Baptista Spindo, deniq; Michaelo Perefio Almasanio qui esset à commentariis, actaq; & decreta testato describeret, & actionum formulas dictaret. E Vasconibus Latio Mauleonius legatus Regum suorum nomine pacem & veniam petiit à Ferdinando, inter vtramque gentem constitutam confirmari amplius Philippi Regis filia iuncta connubio Henrico Vianæ principi, cui proxime post parentes regnum destinabatur Vasconum. Adiunxit postulatis Valentino libertatem reddi in arce Medinæ Campestris iuncto. Quod Cardinales item magno numero exposcebant in Alexandri Sexti ære, quippe ab eo in senatū allecti purpura data memores beneficii. Ad hæc Ferdināus pacem fœdusq; probare; ac ne reicere coniugium quod expetebāt. De Valentini libertate præcise negare tunc quidem opportunum fore. Hęc palam respondit ex arcano anxius, & de fide Gonsalui suspitione suscepta, sæpe in animo voluens; expediret Valentini opera vti in rebus Italiæ. Fidelis tantum obsequii pignus requirebat: ne accepta libertate ad hostes transfret pro ingenii varietatē, & vinculorum diuturnitate amplius patientia irritata amplius noceret. Eo descensum vt Alfonso Atestinus Ferrariensis Dux, patre per hæc tempora defuncto non dubitaret pro leuiro se vadē offerre; & est grauior & difficilior animi & sententiæ pro alio, sit ille quicumq;, quam pecuniæ obligatio. Ab Emanuele Lusitano Rege Romam legati Dieghus Sosa Portuēsis Episcopus & Dieghus Paciechus, qui gaudio ob delatum pontificatum fungerentur, & more maiorū obsequium debitum deferrent. Simul ad retinendū Indici maris imperium post varias classes annis superioribus missas in Orientis oras, placuit Prætoris nomine virum idoneum mittere, cui ceteri Lusitani obtemperarent, & cuius imperio deuincti, maiori animorum concordia in negotiis versarentur. Franciscus Almeida delectus perspecta prudētia & virtute vir est, qui valida instructa classe quam primum eam prouinciā susciperet, multis impeditam difficultatibus. Nam & Veneti obstabant conatui, vt antea dictum est, & Ægypti Sulthanus siue vltro, siue iis incitatoribus, Lusitanos Indica nauigatione prohibendi negotium in se quasi proprium susceperat. Francisci monasterio Hierosolymitano Præfectus nomine Maurus vir Sanctus cum litteris ad Romanum Pontificem legatur in Ferdinandum contumeliosus, iniuria occupasse Granatæ regnum, maloq; Mauros compulisse ad Christiana sacra. In Lusitanum minacibus propter Orientis commercium interceptum, regionum vectigalium & singulorum priuati commodi incredibili calamitate. Nisi Pontificia auctoritate audaces conatus asperioribus frænibus & censura ipse castigaret, excidium Hierosolymitani sepulcri, cum ignominia religionis Christianæ, ac vero piis omnibus, qui in eius ditione erant minitari. Ea legatione denunciationeq; minarum commotus animo Pontifex eundem Maurum misit in Hispaniam cum earum litterarum exemplo, vt iis consideratis Reges quid barbaro respondendum, quid faciendum videretur mature perspicerent. De Ferdinandi responso nihil traditur minas, vt erat magno animo, contempsisse credam. Lusitanus quidem ad quem maxime ex voces molitionesque spectabant, litteras ad Pontificem hac sententia dedit. Ex earum litterarum exemplo quas à Sulthano datas ad nos misisti, cognoui accusationes in Regem socerum meque



conflatas laudes verius quam vituperationes. Quid enim gloriosius Principi Christiano contingat, quam impietati odio esse? Minæ quas adiungit, eo spectant, ut à Christiani nominis amplificatione desistamus. Quid Rex socrer ad hæc responsurus sit, nõ est nostrum statuere, ipse pro sua prudentia obiectis calumniis satisfaciet. De me illud plane affirmare possum, cupere oppido maiorem Sulthano ex postulandi datam occasionem. Ac vero Indica nauigatione suscepta, nihil æque cordi fuisse, fateor, quam Mecchæ Mahometis sepulchro vrbis & ædis famosæ euersionem. Quod eum Deo futurum aliquando speramus. Tunc Sulthano licebit maledicta in nos effundere maiori stomacho. Exiguo nunc incommodo allato quid latrat? Interfecturum Christianos euersurumq; sacrum Hierosolymæ sepulcrum, quod minatur non arbitror tam fore præcipitem ac temerarium, ut vectigalibus carere velit, quæ ex ea natione ingentia rediguntur: ne commissurum quidem ut vniuersum orbem Christianum excitet in vindictam iunctis cunctorum viribus. Quod ut contingat, vestrum erit, Pater beatissime, curare ac vero præstare: Principum animos & vires in vnum consensum sociare euellendi ab stirpe gentem sectamq; nefariam. Hanc laudem ab Alexandro Pontifice, frustra expetitam expectatamq; fortassis in vestra tempora cœleste numẽ seruauit. Quod responsum Sulthani litteris dari par sit, statuent sacri istius collegii Patres vestræ administri potestatis, neq; enim tãtæ sapietia quam in Romanis sedibus versatur, quidquam perscribere nostræ modestiæ esset. Quid animi geram, quo tendant nostri conatus breui epistola explicasse satis habeam.

Offensiones inter duos Reges socrerum & generum continuatæ. CAPVT XIII.

IN Tauri conuētibus leges promulgatæ sunt, quæ Isabella superstite sancitæ vulgo à loco leges Tauri vocantur, reip. imprimis salutares. Soluta conuentu Ferdinãdus tamen in ea vrbe restitit: vsq; ad Aprilis finem ex propinquo explorare cupiens Lusitani Regis animum, in quam partem se daret, in suscepta cum genero de Castellæ administratione controuersia. Proceres odio incitati eam moram in peius interpretari, Ioannam Henrici Regis filiam velle sibi connubio iungere, eius repetito iure, quod armis ante impugnarat inuitis genero & filia non Castellæ administrationem retinere, sed etiam regiam maiestatem. In sanum quantum ii rumores multorum animos alienarunt. Rebus turbatis multa finguntur libere, creduntur impune prona semper in deterius hominũ persuasione. Omnino Alfonso Caualleria regio scrinio præfectus suadere institit, ut rectoris nomine posito, tutoris & vsufructuarii nomina sumeret, patribus iure data in filiorum bona eorum, qui nondum in suam tutelam venerunt. Ioannam Reginam in eo numero esse si minus propter valetudinem sensu imbecillo, & quoniam erepta libertate quidquam statuendi, procul à patria detinebatur. Adiungebat præterea regium nomẽ tum vsufructuarii iure, tum prioris coniugii quamuis vxore defuncta, exemplo Ioãnis patris, qui defuncta quamuis priori coniuge filiisq; adeo ex eo coniugio relictis ad mortem nomen & potestatem Regis Vasconum retinuit regno dotali. Rectoris moderatorisque titulos esse imbecillos, obnoxios mutationi, Regiam maiestatem & nomen rebus gerendis, prouincialibus frenandis fore salutare. Henricum Trastamaræ Comitem parum initio profecisse, paucosque eius auspicia secutos: postquam Regis nomen arripuit, rerum continuo magnã conuersionem factam. Hæc ille. Castellæ proceres quique Philippo à consiliis erant, longe alia insistentes via, regni administrationem vniuersam ad nouum Regem ablegabant, quippe iustæ Reginæ virum cuius potiores quam parentis sunt partes, arctius vinculum caritatis. Reges si venissent rerum spectatores tantum sublata decernendi potestate fore tum ipsis tum gẽti ignominiosum. Duos supremos rerum moderatores quis ferret? quis inter ipsos conciliaret? Prudenter facturum Ferdinandum, si quod erat necesse, sponte sua aliena procuratione relicta, in Aragoniam concederet: inde filios iuuaret pro virili atque ex eorum voluntate. Vi extorquere gubernacula fore noxium. De regnis Neapolitano & Granatensi non minus sententiæ discrepabant. Ferdinandus enim Granatensis imperii partem sibi tribuebat quippe coniugii tempore partum profectitium incrementum à Neapolitano consortium omne excludebat, nempe ex Aragoniæ gentis antiquo iure occupatum. Ita moleste tulit à genero in Gallico scelerere, de ea ditione, quasi de re sua fuisse statutum, ne appellato quidem se, cuius in iure mancipioque esset. Eo etiam Gonsalui fides suspecta erat quasi homo in Castella natus Castellæ incrementis faueret. Aucta suspicio misso Neapolim ex Germania, qui Cæsaris nomine rogaret ecquid animi gereret, si res ad arma deduceretur. Pontifex quoque quærere ex eo porro institit, si cum Cæsare & Gallo Rege armorum ipse constitueret societatem contra Ferdinandum, vtri partium adhæsurus esset. Et Cæsarem quidem ambiguo responso suspenderat haud satis apertis verbis negata ope. Ad Pontificem plane: ignorare profecto cum quibus maioribus

esset natus, quantis ipse priuatim astrictus vinculis, ne Regi suo fidem datam falleret, ac vero ne turpitudine aliqua suscepta familiæ nobilitatem fœdaret. Sic in Italia res erant. Ferdinandus Tauro discedens per Areualum Segobiam in aestiua abiit. Ex ea vrbe Ioannem Fonsecam tunc Palentinum episcopum in Belgas legauit, vt filiæ assiduus eius imbecillitatem consilio regeret, Lupum quoque Concillū Michaelis Pèresi Almafani propinquum, vt esset ab epistolis. Contra ad Regem Catholicum a Cæsare & Philippo filio legati venerunt, Andreas Burgius Cremonensis patria, & Philibertus, cui familiaris vsus cum Philippo erat, & Castellæ rerum ampla cognitio. Ferdinandus idoneum hominem nactus, querimonias in generum, in eius sinum effudit. rursusque Ioannem Emanuelem præcipuam discordiæ faciem ab eo abducere tentauit. Excusauit ille discessum, palamque datam Regi Catholico fidem obsequiumque confectis tabulis renunciauit. Noua offensionum tela per hunc modum ordiebatur, præsertim Lupo Concillo in ferrū & vincula tradito: vbi diu grauiâ incommoda tolerauit squalorem carceris aliasque graues miseria, quales infenso principe præsidio longinquo aduenâ pertulisse fides sit. litteras ad Ferdinandum scripsisse crimen erat: quibus filia significabat, suæ esse voluntatis vt res in Castella ipse procuraret ex matris testamēto. In intestina discordia nihil occulti esse potest. ira interceptis iis litteris lectisque Philippus iram vertit in eum qui minime noxius erat, quin & cæteris Hispanis vxoris ex familia eam alloquendi facultas sublata. Ex iis rebus aucta Regina molestia afflictæque amplius valetudine concussæ mentis, publico prohibere fuit necesse. Gonsaluus interim in Italia de sua comparatione nihil omittere haud ignarus suspicionum Regis, sed officiorum offensa certare constituens, obsequio fidem probare. Cum mille Hispanis peditibus, quos dimittere iussus erat, Nunnium Ocampum amandauit Plombino atque Pisis auxiliarem. Suscepta ille prouincia Plombino, quo primum appulit, Pisas profectus suo aduentu Florentinorum audaciam fregit, eripuitque urbem è faucibus hostium soluta obsidione quam multis diebus pertulerat, ac amissa defensionis spe vix suis viribus sustentabat. Vt Lusitano creditus equitum numerus minueretur ex præscripto Ferdinandi Regis Columnii æmuli flagitare non desistebant. Dissimulabat Gonsaluus veritus hominis ingenium non laturi iniuriâ dignitatis fœdata. Cognito tamen cum Pontifice in Hispaniæ perniciem occulte conspirare, ac nominatim suscepto Mediceorum patrocinio Florentinis bellum inferre velle imminuto equitum numero stipendiique militaris parte dimidia detracta continuo ille quasi persona posita Plombini occupandi improuisa vi consilia agitauit. Viribus maior conatus, præsertim Nunnio Ocampo in eam urbem reuerso. Ita conuerso itinere Pisas ingredi cōstituit, quasi præsidio aduersus hostes futurus. Ea molitiones vno tempore tum Gonsaluo tum Florentinis indicatæ sunt. Ac Gonsaluus quidem reliqui stipendii multam, atque vectigalium, quæ dono Ferdinandi obtinebat in Neapolitano regno indixit, si vltterius procederet. Florentini etiam ductore Hercule Bentiuolio obuiam profecti angustiisque obsessis prope Turrin sancti Vincentii quinque millibus Campilla distitam Plombini ditionis oppido collatis vexillis profligarunt. Victus in ea pugna atque vulneratus, præterea Neapoli, vti indictum erat demptis bonis omnibus deformis iratusque palam desertis Hispanis aliena auspicia est secutus. Vulgi opinioni euentus respondit. cuncti ardenti ingenio & inquieto hominem non diutius in fide permanfurum existimabant quam aliunde maioris spes commodi non ostenderetur. Milites, quos dimitti iussus erat, quamuis spe facta non ad otium sed ad bellum Africanum Gerbisque insulam occupandam amandari, tumultu concitato seditioneque facta magnam Gonsaluo iniecere curam, ne maior inde rerum moles exurgeret. Eam tamen diligentiam adhibuit mulcendis animis militariibus, qua arte plurimum valuit, vt breui contumacia deposita, ac imperata facere parati in Hispaniam nauigarint.

*Varia cum Rege Gallo fœdera.* CAPVT XIV.

Cvpiebat Philippus Belga fœdus Blesis cum Gallo Rege sancitum patris Cæsaris consensu ratum esse. Colloqui visum ad Haguenaum imperii urbem. Conuenere eo ad diem dictum tum Cæsar tum Philippus: Accessit Georgius Ambeosa Rhotomagensis Cardinalis cum ampla decernendi potestate quam Gallus dedit, ex eius cōsiliis rempublicam bello paceque regere solitus. Vt Mediolanensis principatus Cæsaris consensu Gallo confirmaretur, vti erat ante decretum, iure hæreditario concessū, si mascula proles esset, sin minus Claudiæ & Carolo eius sponso dotis profectitiæ nomine cederet: cū eo tamen vt si Galli culpa id coniugium non constitisset, ab eo in Austriacam familiâ datum beneficium

beneficium transferebat. Additum præterea, ne ea indulgentia cuiquam præiudicio esset. Hac exceptione Ludouici Sfortiæ filii causam tutati sunt, in paternas opes restituti postmodum. Priori conditione Carolus iam Augustus obitu Sfortiarum eum principatum ad se iure deuolutum occupauit, posterisque proprium reliquit. Sed utique eo euentu Gallo restitui mandatum ducenta Francorum millia concessæ veniæ pretium in præsentem Cardinalis Rhotomagensis sui Regis nomine in verba Cæsaris sacramentum dixit fidei debitæ pignus, quoniam is principatus imperii beneficium est potiori dominio semper penes Augustos retento. De Neapolitano regno in hoc colloquio nullum verbum, sed Caroli & Claudiæ coniugio decreto id imperium vltro in dotis partem accedebat. **10** Egreditur Ferdinandus se incerto de rebus tantis constitui, scdusq; haud obscure se aduersum fieri grauissimis verbis exposulauit, in generi consultores inuectus potissimum, simplicem Principis animum fraudibus circumuenire, idoneum ducere quem ludibrio haberent. Ac illud vrebatur maxime Gallo Regi Mediolanensi iura confirmari, nulla Burgundicæ aut Neapolitani regni facta mentione, neq; aliunde compensatione pudenda siue incuria siue ignauia. Ita Austriacis infensus nulla affinitatis cum iis initæ memoria, ad Galli Regis occupandam gratiam adiecit animum, suis rebus ex eo præsidium parans, quemcumq; cursu cœptæ offensiones tenerent. Has cogitationes versanti, aliud atq; aliud subiiciente animo, fore optimum visum est cum Germana Fuxensi coniugium, quoniam eius Regis ex sorore nata erat caritate filiæ instar. **20** Eo consilio Ioannem Enguerram à Cisterciensi ordine Inquisitorem in Catalanis, quo occultior esset conatus, ablegauit in Galliam cum mandatis & in eam sententiam litteris. Gratum imprimis id postulatum Gallo accidit: atque ita ut iura regni Neapolitani in Germanam eiusq; filios transferret quasi dotalia, addita tantum lege, ut nulla suscepta prole ex eo connubio, id imperium, absq; controuersia ad se & hæredes rediret; quingenta præterea aureorum millia decem annorum spatio æquis pensionibus. Ferdinandus numeraret pro impensa in superioribus bellis facta. Andegauensibus bona fide redderentur ablati maiorum principatus, q̄ erat plane difficillimum. Captiuus Gonsaluus redderet libertatem ac nominatim Rosanio, & Bitonti Marchioni. Dux tantum Valentinus & Palladius Comes ab hoc numero excepti, ne vinculis eximerentur. His legibus Gallus fidem obstrinxit adiutorem fore Ferdinando aduersus Cæsarem eiusq; filium, si Castellæ procuracionem extorquere tentarent. **30** Guiuardinus addit à Ferdinando Galtoni leuiro promissam item opem ad Vasconum regnum occupandum iure suo uti ipse existimabat. Magnarum rerum fundamenta ponebantur: quibus conditionibus sancendis vere exacto; aetate, tandem ad octauum Kalendas Sept. Segobia missi sunt Ioannes Silua Cifontanus Comes, Thomas Malferitus, ipseque Ioannes Enguerra cum ampla statuendi facultate, & publicis tabulis, quibus Neapolitanis captiuus libertas, exulibus patria bonaq; pristina reddi mandatum. Atq; ut maior esset fides, actum de coniugio est Roberti Salernitani cum Marina Aragonia, Alfonsi Aragonii Villæformosæ Ducis Ripagorsæ Comitis filia. Tanta ex his reb. Galli lætitia ut Philippum Belgam Hispaniæ aditu prohibere conaretur misso idoneo homine, qui eius nomine denuntiaret, ne **40** prius se itineri daret, quam componeret cum socero controuersias. Verbis adiungit facta Gheldriæ Duce persuaso, uti maiori quam antea mole & copiis Belgam lacefferet. bello in ditione implicatum ab Hispaniæ cogitatione abducere erat destinatum. Hoc etuulgato fœdere magni animorum motus extiteret in Italia atq; per vniuersam Hispaniæ. Exulum oppida qui possidebant inter se conspirare, sanguinis pretium tueri armis destinantes inter se præsidio fore. In eo numero Prosper Coluna offensus maxime, Neapolitanis finibus abscedens Pontifici polliceri non dubitauit, si Gallus iure eius regni decederet, suis & suorum viribus ad ius ecclesiæ reuocaturum. Castellæ item proceres nouo coniugio commoti, eo amplius quod fama vulgabat, ab Isabella Regina Ferdinando rerum in Castilla procuracionem demandatam iurato prius cœlibem vitam, Cifontano suadere conuictio, ne in **50** Galliam de iis reb. legatus proficisceretur, nisi vellet gentis vniuersæ inuidia deflagrare quasi saluti communi aduersus. Quidam etiam Gonsaluum accusare, quod tandiu cunctaretur Philippi Regis partes palam profiteri. Nouo coniugio id regnum Carolo Principi detrahi siue fœcundum extitisset filiis, siue nulla suscepta prole. Philippo quidem ipsi grauem molestiam attulit, non Regno Neapolitano per eas condiciones cadere, sed de vniuerso Aragonio imperio periclitari si proles mascula socero esset ex noua coniuge nata. Generi animo leniendo Petrum Aialam, qui legati munus obierat in Anglia, Rex Catholicus misit in Belgas, ut vna cum Fuensalida ordinario oratore fœderis initi generum admoneret: atq; suo nomine postularet Concilio libertatem, qui ad Villabordam arcta custodia vinculus tenebatur. Fecerunt illi diligenter q̄ iussum erat. Responsum tamē placere

coniugium, neq; suæ modestiæ esse quidquam in eo præscribere, socero sui iuris, eaquæ prudentia & rerum vii quam veller vxorem ducere fas esse. Quod de Consilio postularent vnum è familia esse annuo designato salario, victo ob crimina dari libertatem fas non videri nisi ex legum præscripto vindicata prauitate. Veneti inter hæc quasi ludi spectatores procellam ipsis imminentem non considerare. Pontifici tantum in speciem placato retentis in Flaminia Fauentia modo & Arimino. Fori Cornelii & Cæsænar, quæ obtinebant oppida ex fœdere reddidere, suscepto præterea patrocínio Ducis Urbini Urbis Romæ Præfecti quem Pontificis fratre natum, in eius gratiã Urbinas adoptarat heredem data coniuge Mantuani ex sorore sua filia. Gonsaluo missus qui pacem cum Gallo pactam nunciaret, cum mandatis quam primum in Hispaniam maturaret. Consilio eius & auctoritate ad res magnas componendas egere rempublicam. Ex arcano Cæsaraugustinus præful erat designatus successor in regni Neapolitani procuratione. lætatus Gonsaluo eo nuncio pacis fœdera voce præconis euulgari, publica que lætitia celebrari iussit ludis conuiuisque. Commissa spectacula. cõcurrere milites ad simulacrum pugne. Quod de discessu iuebatur præsto se esse respondit, breuiq; facturũ. Ex animo an simulate ne tunc quidem cognosci potuit. Sane aduersis quandoq; tempestatibus sæuaque ventorum vi, aliquando vario rerũ euentu prohibitus, diu profectioe sustetata maleuolis occasionem præbuit in deterius interpretandi, variis sermonibus materiam. Ioãnem quidem Lupum Vergaram, qui ei à secretis erat, miserat in Hispaniam synceræ ipsius voluntatis fideique rebus omnibus cultæ testem idoneum, modica dictis fides, quoniam verbis facta non respondebant.

*Mazalquiurum in Africa captum de Mauris.* CAPVT XV.

**N**ON discedebat à Catholici Regis latere Toletanus Antistes, eius dignitatis in omnibus controuersis acerrimus fautor, multos etiam auctoritate retinuit, ne studia verterent in contrarium. Ingenti præterea animo vir gloriæ cupidior, quam pro humili conditione in qua natus educatusque fuerat, Regi crebris sermonibus etiam tum superstite Regina suadere institit, vt confecto Neapolitano bello in Africam arma verteret maiori gloria minori inuidia, neque contemnendo fructu. Quantum terræ parari potuit, eo, quem inter se Galli & Hispani fuderant, sanguine? Eo ventum vt Rex non exiguum militum numerum redire in Hispaniam iusserit, effeceritque ad eam expeditionem penitus conuerso animo. Tendillæ quoque Comes si centum aureorum millia ex regio fisco numerarentur, Oranum & vicinum portum Mazalquiurum aliaque oppida finitima se Mauris erepturum pollicebatur, reddito etiã quidquid ex ea summa superesset impensæ, quod deesset suppleturus de suo. Pactionem propemodum confectam Regi importunus obitus disturbauit. Verum ne is conatus inanis prorsus euaderet, neq; milites Neapoli aduecti otio marcerent, Toletanus in eius belli sumptus mutua dedit ad triginta aureorũ millia. Hoc subsidio in Beticæ littorib. classis instructa primũ ad Tedelicũ fraude occupadum: q; oppidũ Bugiã inter & Algeriũ ad mare nostrũ sitũ est. Deinde quoniam tanti nõ erat, neq; cõmode retineri oppidum poterat longinquis auxiliis nulla prope fida statione mutata sententia placuit classe Mazalquiurum inuadere. Ea voce Arabicæ Portus Magnus significatur, quo nomine à Ptolemæo olim quoq; vocatus est Orano vrbi vicinus exaduersũ Almeriæ aliquanta tamẽ ad Orientẽ inclinatione. Instructa classe, in qua sex triremes maiora alia minoraque nauigia multo plura numerabantur, quinq; militũ millia, Dieghus Fernandus Corduba regiæ aulicorũ cohorti præfectus, de lectusq; eius expeditionis Dux, ad quẽ summa imperii rediret, Raymũdo Cardonio rei maritimæ cura demandata, rebus omnib. comparatis è Malacensi littore soluit ad quartum kalendas Septembris. Dubio cælo profectos aduersæ tẽpestates coegerũt ad Almeriam subsistere aliquot dies. Ita ex eo portu sublatis denuo velis idoneis tempestatib. classem incolumẽ ad tertiũ Idus eius mensis Mazalquiurum intulerũt. tametsi in aditu portus propugnaculũ erat ex disciplina militari prudenter ædificatum multis horridum tormentis. Exponere in terram milites difficile erat ad vada cæca & męandros quibus littus impeditur, tempus aduersum accedebat, marini fluctus inflati, ad hæc centũ & quinquaginta Mauri equites pedites tria millia prohibere descensum parati. Virtuti impedimẽta cesserũt. Alacres nostri mutua adhortatione in terram desilierunt. Primus Petrus Lupus Zagalius præcipua audacia miles. Secuti eius exemplo cæteri conferta pugna hostes Oranum reiicere. Quadringenti milites præsidarii in Mazalquiuri arce relictĩ occiso tormenti icũ præfecto & plerisque arcis tormentis, nostrorum globis disturbatis atque diffractis die tertio pro mœnibus supinas manus tendentes veniam orarunt. Irã in contumaces verteret supplicib. & se dedẽtib. parcerẽt. In quo duo cõmodissime accidisse notabant.

bant. Nostrorum enim è Malaca discessu cognito, ingens Maurorum multitudo in armis ad littus concurrerat excensionem prohibitori. Sed exiguo cōmeatu, & quoniã ex mora suspicabãtur, alio hostes diuertisse, post octo dies diuersi domos rediere. Sic nauigationis tarditas cōmode accidit. Neq; minus salutaris deditiois factæ celeritas extitit. Alioqui Mauri ingenti numero accurrētes auxilio seq; in armis per vicina montiũ iuga ostentantes, multo difficiliorem expugnationem reddidissent: nisi ipso die arcem præfidiarii dedidissent. Enimuero quib. Deus fauet hos subleuat excæcat aduersarios. Sed ad Orani tamen copias ii Mauri adiuncti in aciem prodierunt, quasi pugnandi voluntate. Nostris tamen obuiam progressis totius certaminis sortem subire detrectarunt. Leues modo dimi-

10 cationes extitere à Mauris in lignatores nostros & pabulatores impressiõe facta haud memorabili in alterutram partem euentu. Arcis custodia aulicorum cõhortis Præfecto credita est; quo honor amplior esset, ducis summi nomē adiunctum expeditionis Africanæ. Parta victoria & reb. aliis compositis Raymundus Cardonius ad octauum Kalend. Octobris ex ea quidem ora profectus incolumē victricemq; classē Malacam retulit. Mazalquiuiirii præfidiariis militib. induciæ ab Orani ciuib. sunt concessæ & ius cõmerciũ vtrifq; commodum Mauris necessarium ad Orientis continuandum commercium, vnde certissima vectigalia genti quæstusq; constabant. Veneræ enim triremes aromata & merces ex India aduehi solita Alexandriam Ægypti urbem, redempta, atq; in naues imposita ad Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Belgarũ, Angliæ, Daniæq; oras & portus magno suo & illarum

20 gentium comodo anniuersariis nauigationib. deuehere solitæ erant. Hac expeditione confecta magna nominis existimatio omnium prædicatione Ferdinando accessit, quãdo parta Neapolitano bello laude non contentus ad noua & illustriora bella retulerat animum Africæ expeditionis ac Christiani nominis amplificationē haud vario conatu. Præua sunt hominum ingenia & varia. Maleuoli ex eo ipso sinistre suspicandi occasione captare, specie impugnandi Mauros vires collatas aduersus Philippi generi conatus si venire in Hispaniam & datam procurationem extorquere vi tentaret. Toletanus quidem Archiepiscopus à pulchro initio erectus studio promouendi expeditionem Africanam in eo bello magnam vectigalium suorum partem impendere cogitauit: ac ne dubitare quidem ducē se sacro bello dare, in Africamq; traicere, vti postea factũ est, vir acer iuxta ac pius

30 animi magnitudine ad miraculum præstans. Hoc mense dimidiato ex Ioãna Regina filia nata est Brusselis in Belgis, cui Maria nomen fuit, Hungariæ regnum Ludouico, Hungaro iunctæ coniugio consequentib. tempore atq; annis. Arripuit eam occasionem Ferdinandus de felici partu filia gratulatum Carolum Alagonium è familia in Belgas mittendi cum mandatis ad Philippum generum ac monitis concordiam cum securitate potiorem vtriq; fore quam cum periculo contumaciam. Pestis lue quæ Olisipone grassari cœperat, territus Emanuel Rex Almerinum concessit. Ea contagione per Hispaniam diffusa fœdum annum, nobilem superior victoria de Mauris parta effecit, insigniuit etiã conuentus regius iuridicundo è ciuitate regia, vbi diu hæserat, Granatã translatus. Urbis de Mauris non ita pridem captæ nouis incrementis nobilitandæ amplificandæque cura suberat.

40 conuētus Præses designatus est Asturicēsis Episcopus vir præclarus ea etate celebri fama.

*Fœdus inter duos Reges socerum & generum factum.*

CAPVT XVI.

SEgobiaz & in Balsaino regiæ venationi destinato nemore aliquot menses substitit Ferdinandus. Inde ad tertium decimum Kalendas Nouem. Salmanticam abiit. In eã vrbe pax cum gallo voce præconis per plateas euulgata est, minori aliquanto Castellæ quã Aragoniæ gentis lætitia plausuq;. Diuelli imperii Hispanici compagem, quæ post lōga tempora coaluerat, regio coniugio, si mascula proles extaret, molestum aliis, gratũ erat Aragoniæ genti Regem peculiarem atq; ex sua gente habere cupientib. Sic sunt res humanæ q; vni iucundum existit ex eo alteri mœstitia nascitur, nihil est q; æquo omnib. placeat. Ad frænandos Philippi conatus hæc omnia spectabant, tanta importunitate circũacti vt datis Brusselis litteris proceres Castellæ ad arma pro se & aduersus socerum concitaret, ac nominatim Villenium, Anagari ducem, Garfiam Lassum, Assidonium Vreniæ Comitem studio vel maxime incensos rerum nouarum. Ipsi etiã maris Præfectus & Magister equitum quamuis arcto propinquitatis gradu cum Ferdinando coniuncti nutabant. Ioannes Emanuel per litteras ægris animis discordiæ subdere faces importunus & audax; acutus iuxta & sagax. Tametsi omnib. sermonib. pacis studium præferebat coituræ facile, modo, q; æquitas postulabat, Ferdinandus suo regno contentus, Castellæ tum possessione tum procuratione decederet, si id fecisset cætera conuentura. Alioqui amissis, quæ in Castella

obtinebat, Aragoniū imperium in discrimen venturum, si cæptę offensiones in aperta o-  
 dia prorupissent, ventumq; esset ad manus. Propinquorum sanguine illita arma nō facile  
 elui. Philippum Regem haud dubie venturum idq; breui siue volente focero siue repu-  
 gnante. Monuit Rex Gallus semel & secundo missis ad Philippum legatis ne se in id iter  
 daret nisi controuersis prius cum focero compositis. Id vtriq; honestum salutareq; fore.  
 nouæ necessitudini id datum: si bellum esset caritate in Philippū pronior. Iis monitis pa-  
 rere integrum non erat multis è Castella euocantibus, sexagintaq; nauib. nihilominus in  
 Belgico littore paratis, conuenturis propediem plurib. Ita sexto Idus Nouemb. Brusselis  
 cum vxore ad classē iturus discessit. Lentum iter fuit: atq; ita vt plerisq; persuasum esset,  
 expectare ipsum, dum qui partib. studebant, palam arriperent arma. Villenius factionis 10  
 caput ipso tempore Tolerū ingressus in suspicionem venit, accepta à Philippo potestate  
 eam urbem velle in partes traducere. Ea suspicione suscepta Siluæ factio præpotens inter  
 eos ciues Ferdinandi; in studium incitati Prætori adiuncti vim propulsare parabant. Id  
 veritus Villenius ne pars ciuium cum parte confligeret, suspicionib. de se fortasse temere  
 conceptis anxius ex vrbe discessit. Præter Siluas, Albanum & Toletanum Ferdinādo præ-  
 ceteris studebant Bernardus Rogius Diani Marchio, Guterrius Lupus Calatrauæ Pro-  
 magister, Antonius Fonseca & Ferdinandus Vegha, hic præter vsū familiarem, eidem  
 à consiliis. Vna omnium erat sententia: omnib. virib. impediendum omniq; ope ne Phi-  
 lippus in Hispania pedem poneret, nisi prius controuersis diiudicatis. Id etiam placebat 20  
 Ferdinando, & tamen vim intentare, armaq; aduersus filios sumere graue erat: ac ne satis  
 fidebat id probaturum genti Reges legitimos prouinciæ aditu prohiberi. Varii rerū mo-  
 tus, multiplices hominum conatus, temporum conditio misera; qualē fuisse fides sit duo-  
 bus ea propinquitate de regno contēdentib. Anxios metu prouincialium animos litteræ  
 à Philippo in breue tamen tempus recrearunt: cupere vero cum focero concordia cōsti-  
 tuti. His eius legati mandatis ampla paciscendi potestate data consensu. Salmanticæ ad o-  
 ctauum Kal. Decemb. subiectas conditiones societatis & amicitia inter duos Reges scri-  
 psere. Duo Reges & Regina rerum in Castella moderatores sunt o trium pari potestate.  
 Eorum syngraphis leges edicta diplomata, actionū formulæ rata sunt: certe singulorum  
 nomina in actis omnib. exprimuntur. Cum primum Philippus & vxor in prouinciā ve-  
 nerint, sacramentum à populis dicitur eis tanquam Regibus, Ferdinando quasi modera- 30  
 tori, Carolo vt principi & successori in imperio Castellę, Legionis atq; Granatę. Regia ve-  
 ctigalia ex æquo inter duos Reges diuiduntur deductis ordinariis & extraordinariis im-  
 pēsis: ne exceptis tum quidem ordinum militarium redditibus, quāuis Pontificum venia  
 Ferdinando addictis. Arcium præfectos, urbium Prætores ac reliquos magistratus legerēt  
 forte scilicet pari vtriq; Regi numero designato. His conditionib. fœdus factum qui tue-  
 rentur designati Pontifex, Cæsar, Angliæ & Lusitaniæ Reges. Additum præterea, vt si Ro-  
 gina rerum particeps esse recusaret, in diplomatis tamen trium nomina exprimerentur,  
 duorum modo Regū syngraphæ. alterius in absentia qui præsens esset solus subscriberet,  
 q; is decreuisset, id ius fasq; esset. Huius fœderis exemplum cum fide descriptū in Belgas 40  
 missum, Philippo & suis, quib. omne potestatis consortium ingratum erat, vehementer dis-  
 pliuit. Iureiurando tamen confirmare visum est. Regis Galli opes timebātur Ferdinādo  
 deuincti, magnarum reb. momentum in vtramq; partem. Et alioqui vbi pedē in Hispania  
 posuissent omnia ex sententia cessura existimabāt. Lupo quoq; Concillo vincto catenus  
 atq; horridi carceris malis vexato vehementer, libertatem reddidere. Fœdus Salmantin.

1506. per plateas octauo Idus Ian. ineunte anno Mill. quingent. sexto voce præconis euulgatum  
 est maiori in præsentī lætitiā q̄ in posterū fructu. Philippus, vti postea cognitū est, vxorq;  
 biduo post soluere è littore Belgico in Hispaniam ituri. Tēpore anni minime idoneo pro-  
 fectos atrox ventorum tempestas disiecit. Aliquot nauib. submersis procellæ sæuitia, reli-  
 qua classis necessario Anglicum portum tenuit, cui Vuey manrico nomē est. loci oppor-  
 tunitate inuitati Philippus Anglusq; ad Vuindessorium inter se viderūt. Cōgressus inanis 50  
 non fuit. Sancita inter eos Principes amicitia, vt Margarita Allobrogum Ducis vidua An-  
 glo denuo nuberet, pactum, Maria Angli filia Carolo Austriaco; neutrum tamen coniu-  
 gium coaluit, initi tantum fœderis & colloquii pretium fuit Suffolcius Dux Anglo hosti  
 ad non dubiam perniciem traditus contra fidem exuli à Philippo datam, tutum in Belgis  
 fore. His reb. proficiendis, ludisq; & omni hilaritate is mēsis & proximus abiēre. Sub exi-  
 tum Februarii ad Falamū portum nauesq; redierunt in Hispaniam traiecturi haud lon-  
 gissimo traiectu. Ioannis Emanuelis acre ingenium offensus animus timebatur. Sic Fer-  
 dinandus fœdere Salmanticæ euulgato ad eum litteras dedit humanissimas. Obluioni  
 traditis superiorib. offensionib. curaret, ad id q; erat æquum, & propinquitatis iura postu-  
 labant;

labant, suscepta beneuolentia Philippi animum reuocari. Sibi stare sententiam beneficiis vincere maleuolos, officio cum offensis & benignitate certare. Ad hæc quid Emanuel responderit hoc loco subiicere commodum fore arbitror, ut ex responso viri libertas ingeniumq; haud infulsum dignoscatur. Accepti tuas litteras. iis obsequi certū habeo, neq; vlla in parte deesse muneri mihi imposito, offensiones pro virili parte amouēdi stabilitēdi concordiam. Certus Regum ætate tuis præceptis & institutione informata magna comoda publice & priuatim fore. Quod mihi semper fuisse antiquissimum Deus & cōscientia idonei testes sunt. Etsi nonnulli, forsitan & inter alios ipse coniectura ex iis quæ sum per iniuriam passus, diuersum sibi persuaferunt. Enimuero linguas frenare qui possim, qui iudicia hominum varia in deterius prona? Syncera quidē voluntatis præmium neq; expecto neq; requiro. Ac satis habeā si superiores labores & merita deleta è memoria tua prorsus non essent. Itaq; senectutem meam reputanti altamque nostri obliuionē pro præmiis, quæ in hac vita expectabam amplissima, credam potius velle te preces mutare: inferiasq; extincto dare. Quam ego laborū compensationem nolim, qui audierim Principes sæpe ministris suis exitium cōciliasse: pro obsequio æterna supplicia reddita. Ab eorū nemine, ne si Christianissimus sit quantum Rex Gallia, subditum aliquem purgatoris ereptum flammis fuisse aliquando. Ego tamen officio mihi necessario tibi debito nunquam deero ac ne cessabo quidem tuam monere benignitatem, ut si quæ supersunt explicanda in fœdere, eam modestiam & prudentiam adhibeas concordiaæ amore quam æquū est & con-

10  
20

*Rex Catholicus denuo duxit uxorem.* CAPVT XVII.

**A** Rege Catholico ad principes recentis fœderis vindicēs consensu designatos missi sunt legati, qui gaudium nunciarent, confectam pacem, controuersis inter se ac generum finem allatum. Ac nominatim de Lusitano Rege cognoscere cupiebat, si fœderis conditionibus non staretur, quam ab ipso opem sperare posset. Responsum anceps fuit & frigidū, verba generalia. Et utiq; Philippum inter & Lusitanum iuncta multisq; officiis firmata amicitia stabat. Atq; adeo ut ad eum excipiendum quoniam Baticam iturus dicebatur, Lusitania non deuia ingens facti argenti auriq; pondus pararet, conflaretq; siue ad ostentationē opum, seu ut hospiti pretiosa dona darent vasa auro & argento visenda gemis & arte. Tamen pestis lues sollicitabat per vniuersam se ditionem diffudentis atque Scalabi iam grassantis. Quo metu Almerino, vbi substiterat, Abrantes abiit oppidum in colle situm, eoq; salubriori, purioriq; aura. In eo oppido ex Regina ad quintū Nonas Martii filius natus est, cui Ludouico nomen fuit, animi celsitudo præcipua, insignis animi pietas præsertim accedente ætate, quæ longæua non fuit. Junior ex humili loco fœmina filium suscepit Antonium consequentib. annis Ocrati Priorem facem patriæ futurū, cum defuncto patre Henrico & Rege & Cardinali, nihil veritus natalium vitium, se Lusitaniæ Regem dixit factiosorum & perduellium, atq; è plebis fæce hominum ope confusus. Infans octauo die fontib. salutaribus est admotus susceptorib. Brigantino Duce cum matre & Abrantis Comite. Eam lætitiā tumultus Olisipone haud magna occasione concitatus vehementer conturbauit. In diui dominici Christi Dei è cruce pendentis effigies sculptilis visebatur sinistri lateris vulnus vitro tegente. Die quodam qui sacris operabantur, vitri splendorem forte animaduersum per errorem miraculū putarunt cœlo editum. Repugnauit vnus quidam ex adstantium numero procaciorib. verbis, quam eius conditio pateretur, quippe ex Iudæorum genere & sanguine. Populus malitiam interpretatus, ferox ut solet in eiusmodi rebus, & rapidus iniectis in miserum hominem manibus, temploque abstractum interimunt ac repente subdito igne pyra excitata comburunt. Quidam ex eo monasterio monachus vœcordi oratione furenti populo flammam addidit, ut Christo ab ea gente illatas omni tempore iniurias vindicarent è loco superiori hortatur. Hæc singuli, hæc vniuersi inconditis clamoribus vociferantur. Nulla res vehementius multitudinem inflamat quam religionis species quamuis simulata & inanis. Vbi superstitione capta est non ratione agitur sed furore, alioqui impotens, fœua vœcordis que. Acti amplius in furorem populares quasi signo dato in eius nationis ædes irruunt feroces formidabilesque, sibi quisque adhortator & dux. Crucem duo eius ordinis monachi præferebant vexilli adinstar. Rabies in miserorum cæde bacchantis populi tribus diebus omnino tenuit: ex quanto tempore supra duo millia homines sunt occisi plerique innoxii, aliqui etiam ex diuerso genere per errorem aut ex similitudine. Rebus turbatis cum omnes omnia audeant, minus insignia sunt quæ singuli faciunt, cuncta pari violentia voluntur. Belgæ & Germani è nauibus, quæ in portu erant, concurrunt ad prædam participes futuri, aut manu sua direptis domibus, aut à promiscua plebe paruo

30  
40  
50

redemptis spoliis. Rex ex eo cōmotus, vt par erat, animo, ac vindicare certus. Dieghum Almeidam, & Dieghum Lupum, qui quæstiones exerceret destinat. Duo monachi multitudinis concitatores dicta causa mandati lege de sicariis, ignis supplicium extinctis fuit. De plerisque fontibus supra vindicta sed carptim & singulis, in multitudinis motu salutare remedium. Externi sublatis velis euaserunt cum nauibus copia miseræ gentis onustis. Sic frequenti ac numerosæ ciuitati tranquillitas rediit. tumultus popularis id remedium extitit, mali causis nihilo maius. Philippi & vxoris aduentum in Castellam indies singulos expectabant prouinciales non vno omnes animo: simul Ferdinandi cum Germana nuptiæ festinatæ. Obuii sponsæ Salmantica Fonterrabiam in extrema Hispania iuere Cæsaraugustanus Præsul officio in patrem incitatus, & cum eo nobiles tum viri tum matronæ. Contra Reginæ Neapolitanæ mater & filia, tum Calabriæ dux atque splēdidus procerum comitatus Regem Vallisoleum profecuti, inde Donnias abierunt. In eo oppido ad quintum decimum Kalend. Aprilis nuptiæ celebratæ sunt neque nullo neque celeberrimo apparatu. Ferdinandus arcto propinquitatis gradu sponsam attingebat, quippe eius auunculus maior Eleonoræ Reginæ Vasconum, quæ auia puellæ fuit, frater. Soluit ea lege Pōtifex Romanus ægre tamen Cæsare & filio connubio intercedentibus. Reginam ex Gallia profecuti erant Ludouicus Amboesa Albigenis Episcopus, Hector Pignatellus & Petrus Sāctanderius à Gallo legati. Eminebant in cætero comitatu Salernitanus Amalfitanusque & alii Andegauenses proceres ea profecione sperantes malis & exilio finem composita pace. Proximo post nuptias die, noui coniuges ac cæteri Principes conuerso itinere Vallisoleum redierunt. In eo municipio Rex nouo sacramento suo & successorum nomine in inito nuper cū Gallia fœderis capita omnia rata fore cōfirmavit, si falleret dira omnia in suum caput precatus. Paucis post diebus Andegauenses proceres in coniugium verba quasi Regum Neapolitanorum iusiurandum dixere. Peracta nuptiarum lætitia Ferdinādus Burgos abiit, per causam excipiendi Regem generum, quem existimabat ad Lauretanū portum, aut è vicinis aliquem propediem affuturum. Sequebantur Præsules Toletanus Hispalensisque, Albanus, Magister equitum, maris Præfectus Comes Cifontanus, in studium, vt videbatur, incitati curandi, vt regno administrando Isabellæ Reginæ testamēto explicata voluntas rata esset, nulla in contrarium exceptione. Peruenerāt Turrecrematā: cum nunciatum est Reges filios ad Brigantium portum appulsos omnino ad quartū Kalend. 30 Maii. Lenta nauigatio longaque mora vt esset, Regum in Anglia congressus effecit ludis & spectaculis celebratus in hospitem gratiam. Ad Falamuz quoque portum dum idonea ad traiciendum tempestas expectatur, multi dies abierunt. Ad Brigantium portum appellendi classē causa extitit Philippo iniecta à malitiosis persuasio, in Castellam ingredi fore commodum quam longissime à socero liceret. Eius absentia si quid à proceribus moueretur, & in quam partem se populi darent facile cogniturum, ex euentu consilium sumeret, certus Salmantini fœderis conditionibus non stare nisi necessario. Totius machinationis auctor Emanuel Principis simplicitati & ingenuo candori illudens: vsque eo vt in Bæticæ oram ducturus diceretur, Nerio promontorio classe circumducto, nisi aduersi ventorum flatus vetuissent. Sub hoc tēpus consalius Marignus Assidonii nomine Melillæ Præfectus Casalam oppidū viginti inde millibus in Phuthēsi regno sitū cum idoneo portu, improuisus occupauit. Operę & impēsæ ab Assidonio factę merces fuit id oppidum in eius, vt par erat, relictum iure hæreditario.

*Ferdinandus generum cupit inuisere.* CAPVT XVIII.

Philippi Regis aduentus, quo publicā felicitatem fundari, reb. tranquillitatē reddi par erat, ne contra reip. statum pacemque penitus conuelleret, vt se initia dabāt, Ferdinādī prudentia, atque animi magnitudo effecit. Qui reb. aduersis se maior, dissimulatione, comitate, agendi dexteritate in bonū vertit, quæ incendiū exitiumque reb. mitari videbantur. Non idē vtrique animus erat, neque vna agendi ratio sed prorsus contraria. Philippus, quasi vis pararetur Beneuenti & Lemosi Comites ac reliquā Calæciæ nobilitatē, præterea Castellæ proceres singulos per litteras de cōmunicanda ope appellare, eiusque vt partes palam profiterentur hortari. Hoc quid aliud erat quā pro pace discordias serere, cōcitare tumultus temere imprudenterque? Ab eo initio, quoniā conatus ex sentētia processerat, speque maior procerū ad eū cōcurfus fiebat ex omnibus partibus. vlteri progressus palā profiteri cepit Salmantini fœderis legibus. haudquaquā obtemperaturū, ignarus videlicet rerū humanarū inconstantię. Soceri aulicos & ministros infensos habere, malignis intueri oculis, vsque eo vt die quodā Petrū Aialā monuerit: multa in Belgis & Anglia se aduersum agitata scire: dissimulasse tamē in soceri gratiā; si pergeret haud impune conatus fore. quando vnus esset è subditorū numero atque in suo ære, attēte consideraret, quid factū opus esset. nisi obtēperaret



raret malo vindicaturū. Miserat Rex Catholicus quatuor viros in curia rerū capitalium, apparitores, ac reliquum forense ministerium, vt penes nouum Regem suas quiq; præstarent partes, munera exercerent. Honori datū contumeliam interpretatus focerū tantū sibi sumere, vt ministros & famulos daret, q̄ nullo pacto ferre habebat præiudicatum fixumq; animo, neq; tutorem pati neq; patruum, vti Ioannes Emanuel dicere solitus erat, eos vnde venerant, continuo remisit. Sic est. Multa quæ apud concordēs vincula caritatis argumentaq; sunt, inter infensos iras concitant. Philippi aulici & amicorū princeps multa in Ferdinando accusabant, nouo maxime coniugio irritati cū Germana: quo filius & nepotibus atrocem factam iniuriam scilicet interpretabantur regno Neapolitano detracto. In quo iure ac merito reprehendi poterat, nisi præpostera ipsorum ratio coegisset ad patrociniū galli Regis, vt dignitatē tueretur, quacūq; conditione confugere, artemque eludere arte. Alioqui lōge alia mēte Rex Catholicus erat, quā æmuli accusabāt. Nam filiorū aduentu nunciato continuo Raymundum Cardoniū & Ferdinandū Vegham misit de aduentu gratulatū. Ipse etiam conuerso itinere flexoq; legionem maturare constituit eos inuisurus. Substitit tamen Asturicę de eorum voluntate dū certiora cognosceret. Præterea Villeniū cum amplissimo comitatu Burgos appulsum, atq; Anagari ducem propinquis accitis & cum manu militari ad nouos Reges ire parantem, monuit, vt mutato consilio non plures comites solito secum ferrent. Eas molitiones delectusq; legib. vetitas, ne tūc quidē fore impune, quippe minime necessarias, quādo nulla belli suspicio esset, cūctis amica pax. Generū interprete Petro Aiala vt duo millia Germanos, quos secū duxerat, dimitteret hortari porro, ne apparatu non necessario prouincialium animi offenderentur: q̄ omni cura externo Principi prouidēdū iudicabat. Michaelē Almasanium profecto, cui multum fidebat arcanorum participi, legauit vt Raymundo Cardonio Ferdinando Veghę, Petro Aialę, & Guterrio Fuenfaldę iunctus efficeret vt colloquio mutuo locus & tempus designaretur, cupere se oppido videre & amplecti filios carissimos. Fecit ille quod iussum erat. Primum vt Sarrizę congregerentur, deinde ad Pontem ferratum agitatum. Philippi intimis nullus locus placebat, metu, vt erat sagaci ingenio Ferdinandus Philippus facili ingenuoque, ne colloquio inter se susceptas suspiciones detergerēt, quod naturę iuri & propinquitatis legib. consonum priuatis aulici rationibus aduersum omni conatu vitabant. Ita Emanuel, penes quem rerum omnium erat arbitriū Petro Aialę die quodam de colloquio Principum sermone instituto, palam edixit, Errare Ferdinandum inani fundamento magnæ, vt videbatur, molis iacto. idq; trifariam. Neque enim passuros in cōgressu de aliquo negotio fieri mētionē, hoc primū sibi persuaderet. Deinde colloquiū in agro fore non pari vtrinq; comitatu sed Philippi multo maiori. Postremo falli si in filię beneuolentia spem aliquā reponeret inanem haud dubiū futurā. Hęc Emanuel præ arrogātia & fastu ingentibus promissis contēptis, quib. tum filiis factis eū rursus expugnare tentarunt, quippe Principis gratia vecors atq; se ipso insolentior. Quo tēpore hęc agebantur Vallisoleti Christophorus Columbus obiit mēse Maio immortalī laude vir primus noui orbis inuentor: vti alio loco dictum est. Villenius Beneuetanus, & Anagari Dux ad nouū Regē venere festinatione fidem obsequiumq; probare certates. Accessere indies alii proceres in iis Begiaris Dux, Asturicę & Aquilariū Marchiones, ipseque Garsias Laslus, postremo Infantatus Dux eodē appulit. Tantis præsidiiis munita factio ad maiora aspirabat præsentium tædio nulla fœderis memoria. Ferdināndus Asturica, vbi hæserat ad Idus Maii, Rauanalium discessit, Compostellā eūdi voluntate eā urbem colloquio, de quo agebatur, oportunā fore ratus. Ex intimis quidā ne festinaret, monebāt. Incōsulti impetus cœpta iniitiis valida mora cōsenescere, ac prauos conatus debilitari. Quod praua ambitio solet, breui inter proceres & noui principis aulicos enatis odiis, quādo singuli sibi rerū arbitriū arrogarent, eas fore difficultates, quib. Philippus suo malo admoneatur, intelligeretq; quantopere foceri ope & cōsilio propterea indigeret. In eo statu res Castellę erant, vt si apertū bellū demas, peior esse nō posset. Italię Principes alięq; nationes aduentu Philippi quid futurum esset auide expectare: ac cunctis erat persuasū Ferdinandū, qui eatenus terrori fuerat, dēptis virib. & potētia deinceps fore ludibrio. Ex eius calamitate & ignominia pleriq; nectere nouas spes. Eā opinionē vulgo susceptā vehemēter cōfirmabat cūctatione sua cōsaluus, cōtra quā iusū erat, resistens Neapoli. Virū prudentē & magnū profecto nō sine causā regiis mādatis nō obtēperare. Ille tamē iis suspitionib. cognitis equos & domesticā supellectilē præmisit quasi mox subsecuturus. Deinde Petrum Nauarrum legauit in Hispaniam equis citatis moram excusatum veris rationib. redditus sui facti. Dum præsidia locis competentibus disponit, militibus satisfacit pecunię in stipendium ob inopiam tumultuantibus re necessaria aliquot menses extractos. Verum Ioannes Baptista Spinelus vna in Hispaniam profectus consaluo infensus

tum priuatim sibi factas iniurias cōqueri, tum praua interpretatione accusare quæcumq; ab eo quamuis fideliter & prudenter gesta erant. Regiis & aulicorum aurib. ad eas voces & criminationes patulis innocentiam accusare facile erat. Sæpe etiã calumnia veritate valentior, acres certe primos impetus habet. Itaq; Cæsaraugustano Præsuli mandauit vt Neapolim profectus curam rerum ipse desumeret in Gonsalui locum confectis in eã sententiam tabulis. Consilium iuuare arte visum est. Ioanni Lupo Vergaræ Gonsalui à secretis data abs Rege scheda, qua iureiurando pollicebatur Diui Iacobi magisteriũ se illi cefsurum, cum primum in Hispaniam esset appulsus. Vere atq; ex animo id promitti, vt crederetur, ingentia Gonsalui merita faciebant: falso & fraude euentus docuit: & quoniam simul Petro Nauarro, quem Oliuiti Comitem dixerat, cuiq; multum credebat, vt filium Cæsaraugustanum præsulẽ secutus Gonsaluo in arce noua manus iniiceret, arcano mandauit: metu se suspecti hominis liberaret: q; eius dexteritate & audacia successurum confidebat. Decretum insolens prorsus & immane numina disturbarunt, ne ea iniuria obscurotetur æternum Hispaniæ decus clarissimum orbis fidus. Et forte litteræ à Gõsaluo ipso tempore ad Regem allatæ, accurata oratione, & accommodatis argumentis (& est magna veritatis vis) solis instar depulsa mendacii & suspicionum nebula lucem aperuerunt. In iis fidei constantiam sacramento nouo, & execratione firmavit: & in quamcumq; partem se res darent ei perpetuo adhæsurum, neq; cuiquam præter ipsum regnum Neapolitanum traditurum, & alioqui propediem in Hispaniam affore reb. cæteris prætermisissis. His litteris tunc quidem sedata tempestas: vnde magna extitissent incommoda, ingēs Hispaniæ dedecus vniuersæ.

*Ferdinandus ad filiam Reginam liberandam delectus haberi mandat.* CAPVT XIX.

Vix proceres & reguli ad Brigantium portum appulerant, cum inter ipsos & aduersus Belgas contentionum & inuidiæ ingens exarsit flamma. Ad Principem gratiæ & auctoritatis locum in ea aula singuli nitebantur ambitione væcordi, modestiæ nulla cura. Villenius ante alios sibi primas arrogare, cum sacris Princeps operabatur cortinæ regiæ proximus ex vno latere quippe regiæ Castellę procurator, ex altero Verius regulus, & ipse in Belgis aulæ magister proximum occupabat locum. De Regum colloquio sententiis inter se discrepabant. Hispani impedire pro virib. satagebant: ne mutuo congressu offensiones detergerentur scilicet. Belgæ simpliciores non abnuere à vulgi existimatione multum referre si colloquerentur rati, periculi parum ostendi. Quid variis imaginib. locum darent? Verio regulo præ aliis id placebat consilium, ex inuidia & æmulatione vti malitiosi interpretabantur, Ioannis Emanuelis crescentis gratia auctoritateq;. Sed vtique hoc tempore plura molestiæ signa quam lætitiæ visabantur in vultu, & cõkursu tot procerum quasi concussa mente vereri videbatur, ne alio prælato ipse è fastigio felicitatis caderet, in omni consilio circumscriptus & cautus. Cunctis tamen vna mens & oratio erat, Ferdinandi actiones accusare linguarum intemperantia. Quidam graue ducebãt, vestigalium regionum illi dimidiũ attribui, neq; ordinum magisteria amplissimis redditib. venire in diuisionis partem. Aliis mirabile videbatur neq; tolerandum, tres in Castella Reges esse. Ioannes item Emanuel diploma proferebat in Gallia descriptũ, quo se Ferdinandus Regem Castellæ dicebat. id ad faciendam inuidiam pertinebat. Accusabant nonnulli, arces & præsidia teneri Ferdinandi Regis nomine, nullo Philippo loco relicto præfectum aliquem nominandi, ne Prætores quidẽ ciuitatum, quãdo eam quoq; auctoritatẽ sibi Ferdinandus sumeret. Quod præcipuum & maximum accusationis caput erat, delectus eum militares habere specie filia liberandæ: quæ propter valetudinem sensu turbato inclusa teneretur sublata eã visẽdi omnib. promiscue facultate. Cõficta prorsus ea criminatio nõ erat vtrumq; Principẽ perstringens. Vere enim à Philippo Regina tenebatur inclusa. Ferdinandus cura anxius se tuendi, si res ad bellũ deduceretur, datis in omnes partes litteris delectus haberi militares mandauit. Honestã species molitioni prætenta grataq; popularibus liberandi filiam iis viribus & copiis. Dux quin etiã Albanus militum numerum haud exiguum conscripserat in Legionensi ditione Ferdinãdi in fide solus inter dynastas perstans, in ea temporũ atrocitate quamuis non ignarus quanto in discrimine versaretur si perseueraret cunctis obniti. Nam equitum Magister Ferdinandi gener & maris Præfectus eiusdem amitinus consultius fore iudicarunt tempori cedere, Philippumque amplecti eique præsto esse, quam inutili cunctatione se suosque in præcepta dare. In ea procerum alienatione Ferdinandus haudquaquã abiecit animum. Cõflabatur exercitus: simul Iacobum Albionẽ in Aragonia nobili loco natũ in galliã legauit, qui rerũ cõditione explicata

explicata pro iure inita amicitiæ à Gallo postulare, daret operam bellū in Belgis maiori mole Gheldriæ Dux & Leodiensis Episcopus concitarent. Quo Philippus periculo frænatus ad æquiores pacis conditiones deduceretur. Hæc arcano parabatur præsidia, & de colloquio tamen non intermittebatur. Tempus altercationib. tractum. Moræ tædio Philippus Brigantino è portu digressus Compostellam abiit. Præcedebant germanorum cohortes in armis & cum bellicis tormētis non secus ac si per hosticum iter esset, prouinciã vi expugnare pararent. Ipso die nempe quinto Kalend. Iunii Ferdinandus & vxor Betansos Compostella abierunt. Alfonsus Fõseca Compostellæ Præsul Catholici Regis partes palam fouebat eo studio quò qui maximo, Philippi aulici id non ignorantes eam urbem colloquio propterea idoneam non iudicabant, ac ne moræ quidē diuturnæ, fano quãuis præsentis numine sanctitatis opinione & religione celeberrimo: sed Orenes versus discesserunt. Ferdinandus substitit ad Villafrancam. locorū propinquitate inuitatus Philippus misit ad socerum, qui diceret, si ad se Toletanus mitteretur cum ampla decernendi potestate, fore controuersis haud dubium finem optatum. Factum est ita. Verum Toletani diligentia atq; labore parum proficiebatur, procerum artib. concordia impedita, reb. turbatis cogitantium maiori in gratia, tranquillis auctoritatis & compendii minus fore. Ferdinandus Villafranca Bagniezam abiit, inde Matillam. Quo tempore pleriq; Episcopi & nobiles eius iter profecuti procerū suasu, qui aduersas partes sequebantur, ad Philippum abiere senem Principem florenti ætate iuvene mutantes. Ea solitudine eaq; animorum consternatione Ferdinandus admonitus si ad arma ventum esset, parem genero nõ fore, quacumq; conditione pacisci decreuit. In rationem necessitas versa est. Id vt assequeretur, litteras ad generum dedit: quib. rogauit vt cunctationē omni & disceptatione sublata sui omnino copiam faceret. Colloquium vtriusq; salutare ne defugeret. Quid vereretur? quid fraudib. & malignitati aures præberet? cur orbi inutili cunctatione sermonem daret? Rescripsit Philippus multis se iniuriis violatum. Delectus contra ipsum haberi. Rumores fraude sparsos, vincam se Reginam tenere. Inquisitorum, quorum est in Hispania potestas tremenda summæ proxima, auctoritati aduersari, ac vero propinquis eorum fauere, quos violatæ religionis reos in vincla illi & ferrum tradidissent. Quæ omnia ad faciendam inuidiam pertinere, prouinciales fraude alienandos. Interea efficiebatur nihil. Philippi affectu Ferdinandi animum explorare, antequam in colloquium veniretur, vehementer cupiebant, an in fœderis conditionibus quæ Salmanticæ sancitæ erant, immutari aliquid pateretur. An Castellæ procuracionem eiurare. Hic vero difficultatis & moræ nodus & cardo. In quo cautior Ferdinãdus consilia detegere non inducebat in animū priusquam cum genero esset congressus, integra consultatione in id tempus seruata, ratus coram omnia facilius quam per interpretes conuentura.

*Colloquium inter duos Reges. CAPVT XX.*

40 **M**agna quamuis diligentia Toletani parum de colloquio & cõcordia proficiebatur tamen. Vilæ regulus & Ioannes Emanuel negotio, à Philippo præpositi opponebantur. Toletanº simplicius rē gerebat, vti personæ grauitatē decuit, illi calliditate & fraudib. armati. Ex cõmodo pacisci satagebant deceptis fessisue aduersariis: si id non cõtingeret, certe tēpus extrahere. Eum ad Philippū vndiq; fieri conuictum vt breui magna penes socerū solitudine coactus Castella deserta in Aragoniã abiturus videretur. Id supremum & maximum tum duob. tum sociis votum erat. Ipse quoq; Toletanus concordia nulla spē certe tenui Ferdinando consilium dabat, vt tēpori cedens in Carpetanos sese referret retro conuerso itinerē: arcib. & oppidis, quæ multa & firma Toletanus eo tractu obtinebat, tantisper sustentaret dum animorum æstus remitteret. Daret malorum pœnitentiã, daret bonorum consensui spatium. Præua consilia initiis valida mora languescere, bona è contrario confirmari. Multa quæ natura impedita sunt, mora expediri. Dum eo perueniretur multa posse intercedere, præsertim tam lento itinere, eo anni tempore, victus, vt erat gēs, intēperantia, q; caput erat, multis inter Hispanos & Belgas enatis suspicionib. haud fore prouinciales tam vacordes, vt ex comparatione temporis præteriti cum præsentis errassē se non faterentur, cuperentq; emendare. Hæc Toletanus prudenter, vti euentus docuit, eo ipso iam Ferdinando suspectior: quasi tempori inferuisset, & ad Philippi gratiam cum cæteris niteretur se deserto: ex heri damno & ignominia cõpendium captaret. Nimirum vera monentibus is fructus esse solet, assentatio sine periculo peragitur. Verino, quo Philippus peruenerat, Dieghum Gueuaram miserat ad socerum cum mandatis, ne festinaret, cunctationem vtriusque fore commodiorem. Non destitit tamen Ferdinandus

filios videndi certus, quid graue ducerent dictitans si inermis alloqueretur armatum? Quæ malorum spectra fingerent animis? Vilæ regulus & Ioannes Emanuel, quando de-  
 tractare colloquium non poterant, Nellafa, quo Philippus venerat, ad Ferdinandum ire  
 pergunt diem & locum congressui designaturi, misso tamen prius Albano specie nego-  
 cium peragendi, sed re vt pro Ioanne Emanuel pignus esset, violatum fore. Interim Phi-  
 lippus Sanabriæ vicum, Ferdinandus Asturianos concesserant, octo millium modo inter-  
 uallo. Eo in oppido Ioannes Emanuel & Vilæ regulus accepti à Ferdinãdo benigne sunt  
 nulla offensarum mentione. **Q**uin blandis eos verbis compellans ea dixit, per quæ intel-  
 ligeretur, nullam se moram facturum concordia ex generi voluntate, mutatis, quæ vide-  
 rentur, in superioris fœderis conditionibus. Inter ea oppida medio ferme interuallo villa 10  
 est sita Remessal dicta. E i villæ propinquum roboretum colloquio delectum. Die poste-  
 ro, vti erat constitutum, Reges duo ex hospitibus sunt profecti nõ pari sed lõge diuerso co-  
 mitatu. Regem Catholicum ducenti sequebantur, mulis vecti atque inermes pacis habi-  
 tu & cultu, Philippus milite & armatis stipatus. Prope Sanabriæ vicum duo millia hasta-  
 ri dispositi erant præter indigenas, qui ex omni parte cõfluxerant visendi auidi & studio  
 in nouũ Regem suis sedibus exciti, equitum præterea valida manus, eorum qui proceres  
 secuti fuerant. Præcessere mille Germani quasi locorum exploratores, aulicis subsecutis  
 Philippus ipse clausit agmẽ in equo atq; sub veste tectus armis. Dextram Toletanus stipa-  
 bat sinistram Emanuel. Ferdinandus occupato podio prætereũtes spectare animo sereno  
 si ex vultu coniceres. Accessere proceres ex ordine dextram gẽtis instituto osculatum, 20  
 quos ille festiue excepit. Beneuẽtano complexũ ferens sensit armatum. Cũ risu, Comes,  
 ait, quĩ solito obesior es factus? inquit ille aculeum dicti, responditq; sane id tempore est fa-  
 ctũ. Garfiæ Lasso, tu etiam, inquit, & ille. Enimuero cũ omnib. aliis. Secutus est astantium  
 risus. Accessit Philippus haud læto vultu ex equo in pedes desilire volentẽ aliorũ exẽplo  
 fœderi dextrã osculatũ, occupauit ille cõplexu, & osculo læta renidẽtiq; facie. Ad vitãdam  
 multitudinem, quæ circũ fluxerat verba habitũq; notãtes, aliquo concedere placuit. Pro-  
 pe erat facellũ: in quod duo Reges secundum salutationem sunt ingressi: & cum eis Tole-  
 tanus & Emanuel. Toletanus qua in cãteris libertate, ad Emanuelẽ. Nõ decet, inquit, pri-  
 uatos Principum suorũ sermonib. interesse. Faceßamus ergo. Non auso repugnare socio  
 cum prope ianuã essent, egredere Toletanus addit, ego iãnitõris implebo munus. Sic illo 30  
 egresso clausaq; ianua in vicino podio affedit. Reges postquã inter se solita salutantiũ ver-  
 ba diixere, Ferdinandus prior aduersum vti flecteret, aut pacis cupidum vt vehementius  
 accẽderet, hac sentẽtia locutus fertur. Si nostræ tranquillitatis & iucunditatis, quã com-  
 modi & honestatis rationẽ potius habuissẽm, susceptas hæctenus contumelias & probra  
 nunquam pertulissẽm. Verũ amoris vis magna est paterni maior, multa patitur, multa dif-  
 simulat. Huic studio parẽ gratiam redditam nõ esse, tua pariter ac nostra causa dolemus.  
 Vt mihi Regina vxor rerũ procurationẽ demandaret, ipse obsequeretur iustæ voluntati,  
 nulla praua ambitione factum est, ac ne plura quidẽ habendi cupiditate, multo minus  
 cuiusquam dignitatem eleuandi voluntate. Satis diuitiarum diuino beneficio suppetit.  
 Filiorum porro contemptus, quid aliud quam dedecus nobis pareret? Vestræ çtati, præ- 40  
 fertim rerũ vñu non magno, neq; probe cognitõis gentis ingeniis, ne imponeretur vestrẽ  
 que illuderetur ingenuitati non sine causa verebamur. Astuti homines cõmoda sua suo-  
 rumq; ex vestra ignominia publica, adeo calamitate captarent. Inde existerent dissidia  
 & tumultus iis pares, quos Regum facilitas, aulicorum prauitas peperit superiori tempore  
 quibus vulneribus vix nunc est cicatrix obducta. Verum quando nostra voluntas non  
 ea mente, qua par erat, accipitur: quod alioqui rebus compositis facturum eram, continuo  
 rerũ procurationem abdicare certum habeo. Pluris enim animorum cõcordia, quam  
 quidquam aliud esse debet præsertim alio vocantibus reb. magnis, quæ nostram absentiam  
 gemunt, præsentia curabit. Omnia in te sunt, quæ aut fortuna hominibus aut natura  
 largitur, ætas, opes, ingenium: neque studia gentis desunt: vt sint propria faxint superi. Il- 50  
 lud monere non desinam, videndum, quibus fidere debeatis, quib. ministris partem  
 aliquam potestatis credere. Quam nisi tempestiue cautionem ac diligentiam adhibueris  
 quod auertant numina, neq; ipse velim, magnæ difficultates & egestas implicabũt. Hunc  
 Archiepiscopum sum expertus magno animo esse ac minime malo. Illi & similibus tuto  
 fidas. Auri splendorem alia metalla imitantur, mentiuntur fucõ probitatis illita vitia sæ-  
 peque loca virtuti debita per simulationem prauis homines occuparunt. Philippus Rex  
 paucis respondit, vt erat ab intimis edoctus. Ea consilia magnum apud se pondus habitu-  
 ra: pro eo ac par erat obsequiũ deferre ac perpetuam voluntatẽ obtẽperandi præceptis ex  
 amore profectõ paterno profectis. Verba voceq; non audiebantur. vultus procul visen-  
 tibus

tibus notabantur Philippi proiectus & mœstus Ferdinandi non insultans sed grauis & lætitiæ propior. Sic è colloquio discessum nulla duabus quamuis horis inter colloquendum conuictis mētionē Reginæ neq; à patre facta ad vitandā offensionis occasionem, neq; à genero oblata eam videndi facultate. Quod certe fuit inhumanū vulgō sed & proceribus sermonū ac vituperandi materiam præbuit. Maiori plane animorum offensione quam cum qua venerāt, digressi in oppida vnde discesserant cōtinuo redierūt ipso die ad memoriam insigni Sabbatho ad duodecimum kalendas Iulias.

*Alterum Regum colloquium. CAPVT XXI.*

10 **C**ontinuato Reges itinere duodecim aut summum sedecim inter se milliū intervallo Philippus ipso D. Ioannis peruigilio Beneuentum tenuit. Ferdinandus sollicitare non cessabat, concordia vt sanciretur quibus id negocii datum erat, consensu Ferdinādo denunciarent Castellæ procuracione in generum translata, vti in Aragoniam abiret, ordinum militarium tamen retenta præfectura, aliisque Isabellæ Reginæ testamento legatis integris. Hac lege fœdus sancitū eisdē amicos inimicosq; futuros nemine excepto. Hoc pactū à Ferdinando Villafañæ sacramento confirmatū est astantib. Toletano, Emanuele & Villæ regulo ad quintum Kalendas Iulii. tantundem die proximo Philippus Beneuenti præstitit, victoria de focero parata per eum modum, cuius ex tēplo auctores & gentem pœniteret, lætus eo amplius quod ex arcano tabulis confectis Reginæ valetudinem reberendis inutilem iidem contestati sunt. Quod erat nihil aliud quam rerum summam ad se trahere & sine riuali regnare. Contestatus est etiam Ferdinandus secreto coram Thoma Malferito, Ioanne Cabrero, & Michaele Almasanio, qui erat à secretis necessitate coactum in eas condiciones venisse, quippe inermem aduersus militum legionib. cinctum: cum liceret reuocaturum. Rebus ad hunc modum cōstitutis Ferdinandus Tordesillam abiit. Ex eo oppido litteras in omnes partes dedit kalendis Iulii conscriptas: quibus sibi destinatum affirmabat Castellæ procuracione cedere, cum primum filii applicuisset. Eius voluntatis argumento Castella relicta velle suarum rerum curam arripere, suisque subditis prospicere diuturnam absentiam sui Regis ægre ferentibus, cum publico haud dubium multorum detrimēto coniunctam. Priusquam Tordesilla discederet, misit ad eum Philippus qui denunciaret Reginæ contumaciam & iurgia Beneuenti extitisse. Orare proinde paterna auctoritate remedium. Huic legationi, quoniam inuidiosa res erat & 30 Philippo certum vxorem includere, nihil certi respondere voluit. Rem modo omnem eius probitati & conscientiæ permittere. Se quidem parentem esse, ipsum tamen virum, eam vtriusque filiorum matrem, sperare nihil tanta necessitudine indignum facturum: suaque prudentia saniora secuturum consilia. Quod vt faceret, rogare enixe. Tordesilla Tudelam itum est, nomen id vico non procul Vallisoletto. Philippus Muzientes accessit ex itinere in suam sententiam pertractis proceribus syngraphasque extorquens, quibus Reginam includi probarent. Præfectus maris consensum cum cæteris rogatus respondit: priusquam missæ ad se in eam sententiam descriptæ schedæ subscriberet, cupere Regis voluntate causam explorato eius deliberationis cognoscere Regina, si liceret, visa & con- 40 uenta. Placuit postulatū fieri. Sic accepta venia Præfectus maris & Beneuetanus in eius oppidi arcem admissi Reginam in cœnatione inuenerūt maligna luce, in veste nigra obsoletaq; cucullo capiti imposito, quo faciem fere velaret, ex iis credo, quib. in Gallia fœminis capiti imponere, & oris partem velare familiaris est vsus. Ad ianuam Garfias Lassus erat, intus Toletanus præsul. Assurrexit illa viso maris Præfecto, excepitque eo honore & ritu quo mater posset, nisi q̄ pedibus stetit. Rogauit num à patre veniret: & qua illum valetudine reliquisset. Respondit Præfectus pridie se Tudelæ lætum valentemq; reliquisse. discessum in Aragoniam parantem, ac iam in procinctu esse. Tum illa incolumitatem orare: atq; oppido libenter visuram dicere. Aliis institutis ex professo sermonibus, nihil tamen absonū excidit. Vrgebat Philippus includi cōtinuo. Præfectus vidēdū, inquit, quid 50 facto opus sit. sine Regina Vallisoletum eundem nō arbitror: alioqui incommoda & animorum motum denuncio. Cōmota plebe & ad tantæ rei expectationem erecta caue ne proceribus male sentientibus detur occasio rerum nouarum Reginæ liberandæ specie popularibus grata. Me quidē auctore vxorem nunquam à te seiunges: & quādo præcipua valetudinis causa Zelotypia continetur, non arbitror committendum, quo mēte amplius eo facto concussa morbus simul augeatur. Digna res visa est, quæ ad consilium deferretur. Collatis sententiis placuit Vallisoletum deduci. Prius tamen quā ex iis locis discessum esset, rursus Reges inter se videre. Renedum vicus medio ferme spatio Tudelæ propinquior colloquio delectus. Re cōstituta Ferdinandus generū monuit maiori quam antea beneuolentiæ significatione accederet. Vtriusq; interesse verū intelligi concordēs vel

maximè discessisse. Quid darent sermonè orbi nouis offensionib. susceptis neq; detersis prioribus? Tertio Nonas Iulii post prandium profecti sunt Reges. Prior Ferdinãdus accedens in pagi templo expectauit dum gener accederet. Venienti obuiã progreditur, vt inter se viderunt, dextrã iunctã, in complexum itum, magna vtrinq; comitate certatum. In templi sacello remotis arbitris horam & dimidiam subititere. Monuit generũ Ferdinãdus quid factò opus esset, quid vitandum vt sine offensione rempublicam gereret. Fine colloquii Toletano ad se euocato verba inter se dixerunt magnã amoris significationem exprimentia. Quod si tam facile suorum mentes Philippus flexisset, quam ipse cesserat, cõcordia inter duos facile potuit stare. Ergo è colloquio est discessũ. Ac Ferdinãdus nulla præterea negocii alicuius mētionē, ne filiã quidē, cuius visendę haud dubiũ studio flagrabat, Renedo discedēs in Aragoniã iter intēdit. Albano veniã eius iter prosequēdi Neapolim vsq; quo breui erat iturus, roganti negauit præcise multis quãuis precib. fatigatus, gratius facturũ excusans si in Castella maneret præpositus iis quib. suarũ rerũ procuracionem delegarat. Hi erant Guterrius Lupus Padillia Calatrauz Promagister, & Fernãdus Vegha ordinum militarium iudiciis præfecti, tũ Ludouicus Ferrerius, qui oratoris partes apud generum impletet. His mandatum vt Albani voluntati non secus ac suã cuncti obsequerentur, imperium respicerent. Discessum, qui vniuerso orbi vehementer ignominiosus est visus, ea ipse magnitudine animi pertulit, quo ceteros antea fortunę sequentes fluctus, eo indignior iniuria quo eam æquiori animo pertulit. Proceres se adentes benigne accepit nulla molestiã vel leui significatione. Gentis ingratos animos forte accusauit quiscumque aduersus eum cui omnia deberent: magnis se potius obsequiis deuinctum dixit: daturum operam, quantum liceret, vt memori contulisse videretur. Ita demum discessit eo vultu habituq; quasi breui se rediturum, & in maiori gloria fore prælagiret animus. Er quidem cognita Principis indole, vtriusq; gentis ingenio haud diu res eodem loco manfuras, breuiq; ex comparatione instantis temporis cum præterito, quantum senilis prudentia rerumq; vsus maximus iuuenis facilitati præstaret non sine gemitu & reuocandi voluntate intellecturos prouinciales, diuinare promptum erat.

*Res nouæ in Castella.* CAPVT XXII.

**E**T vtique vix Ferdinando digresso magna rerum immutatio facta est. E capite in corpus reip. salus labesq; diffunditur. Rex Regi quantum præstat: Indixerat Philippus regni conuentus Vallisoletum lautum & amplũ municipium, q; de Reginã captiuitate cogitabat, ordinum consensu confirmari cupiens. Honestã scilicet species parum mente valere neq; idoneam rebus gerendis videri. Subornatis proceribus Toletanus etiam accedens, vt in eius potestatem custodienda traderetur quibusdam vrbium procuratoribus auctoritate persuasit. Vnus maris Præfectus ex omnibus qui aderant, appellatus de consensu præcise se passurum negauit. nouum atq; insolens exemplũ induci. Neq; in eo restitit, sed vrbium procuratores æqueutus ne rei turpissimã assentirentur palã monuit, q; sine fidei Reginã debitã fugillatione non contingeret. Vera iis prædicare videbatur, animorum tamen imbecillitati Principis obsistere voluntati nõ ausi per se, professi sunt tamē si quis procerum conatui faueret, aperte repugnaturus. Tum ille commune periculum fore sacramento confirmauit in causã iustissimã, quemcumq; exitũ haberet. neq; sibi priuatim consulturum, tantum viros se præstarent. His verbis animata maior suffragiorũ pars crudele decretum abiecit, ac quã in Tauri conuentibus sanxerant, nouo iureiurando confirmari modo placuit in Ioannã verba quasi iustã Reginã & Philippi Regis eius mariti, tum Caroli Principis post matris fata non alium regni hæredem fore. Regium ærarium exhaustum erat factis sumptibus geminã aulã & militarib. stipēdiis multiplici præterea peculatu. In bellum Mauricum pecunia decreta, aureorum millia ducenta & quinquaginta duobus ann. s. à populis redigenda. Graue subsidiũ fuit fame grauissima prouincia laborante, vsq; adeo vt aduectitio ex Sicilia frumento mediterranea quoq; vitam tolerarent. Carpetani & Celtiberi è Carthaginis nouã portu petebãt, è Malacēsi Batica vniuersa inaudita ad hæc tēpora rei frumentariã inopia caritate mirabili longinque vecturã impensa auctã, & tanquã in summa abundantia pecuniã illudebatur tamen passim sine iudicio donatã, in ludis & conuiujs intemperanter consumptã. nouus quoq; Rex domesticis præda erat. Excepit noua calamitas cũ magno religionis dedecore. Regii consultores & ministri Inquisitorum iudicia & auctoritatem labefactare cœperant, iis se immiscentes causis temere promericali homines ingenio atque profani. Ac nominatim aures præbere Cordubensis Inquisitoris Dieghi Luceri actiones præposteras accusantib. quasi indigna atrociasq; tũ ipse tũ ceteri administri pro potestate gessissent, neq; quieturis nisi mouerentur & ordine & munere. Vincit ea causa fauebant inter alios Egabri Comes, & Prieghi

Prieghi Marchio validissimo conatu. Populares correptis armis quosdam ex Inquisitoris ministris in vincula rapuerūt, viq; in arcē irrupere Inquisitorū domiciliū. Accusabāt p̄terea summū Inquisitorē Dieghū Dezá eundē Hispalensem quoq; p̄sule, quiq; ei à supremis conciliis erant, Rodericū Mercadū, Azpeitiā, Fernandū Montemaiorē, Ioannē Tauerā, Sofamq; viros quāuis integerrimos. Tauri ii eā tēpestate maīora de religione iudicia exercebant, vinc̄tis multis ex eo numero, qui ad Iudaicam perfidiā, quam eiurarant ante, redierant viri alioqui copiis & clientelis p̄stantes. cum iis mitius agi Philippi aulici cupiebant. Deinde q̄ non minus gentem perturbauit, neq; minora attulit incōmoda, vno tempore abdicatis omnibus vrbium Prætoribus, arciumq; Præfectis, ipsiq; adeo limiti designatis custodibus, repente in eorū locum alii sunt substituti. In quo trifariam atq; grauissime peccatum est. primum enim Belgis magno numero iis honoribus conceditis indigenæ sunt vehementer offēsi, non alienigenarum modo multitudine onerari prouinciam, sed honores debitos ciuibus occupare. Deinde tam multis procurationibus vacuis idoneos homines deligere qui licuisset? temerario delectu plerosque suffici nulla prudentia, tenui p̄obitate necesse fuit, quæ magna labes extitit ac pudēda socordia. Non paucis aulicorū fauor p̄o virtutib. erat, aut pecunia qua honores & magistratus licebantur apud Belgas p̄sertim venales homines, pretioq; nihil denegare, solitos ē calamitate reip. opes & potentiam aucupari. Postremo quibus ii honores suūt detracti, p̄mia suæ & maiorum virtuti data iniuria & p̄cipitanter detrahi cōquerebantur scilicet. Vnde

20 veluti ex vitiatō fonte exostulationes innumeræ extitere, odiaq; breui eruptione in aper-  
tas simultates. Harum rerū fama vero fortassis maīor diffusa in omnes partes honores & magistratus esse venales, tū prouincialib. tum Regiæ factam iniuriam, popularium auer-  
sit animos, atq; ita vt inter se conspirarēt arcano, malis p̄sentib. quæ magna erant, ma-  
iora impendebāt, & atrociora mederi satagētes. Alios proceres crederēs alium populum. Addebat alimenta rumoribus Belgarū ingenium nihil dissimulantū sed omnia consilia & actiones in populi oculis proponentium. Ferdinandum deseruisse dolebāt scilicet suspirabantq; tā incenso eius desiderio, vt si conuerso itinere retro rediret, passim secuturos prouinciales appareret nouo Rege deserto. Nihil est in populo modicum: nunquam in vno gradu resistit. Ex eo nouus Rex cōtemptui esse cœpit, prorsus vt Garsiam Lassum,

30 cum maxime vellent, neq; regio cōsilio p̄ficere, neq; Ferdinando filio institutorē adhibere potuerit procerum intercessione eo conatu impedito. Sic Ioannes Emanuel Præsi-  
dis vicarias partes implebat donec alius in eo mūnere proprie succederet. In Bætica Af-  
sidoniæ Dux, Vreniæ Comes, Prieghi Marchio atq; Egabri Comes ex antedictō inter se arcano conuenerē. Male coercitam famam supprimentes augere solent. De Regina li-  
beranda consilia communicasse vulgo iactatū. Ex his nubibus sic sœua existeret tēpestat prudentes verebantur. Mense Augusto Rex & Regina Vallisoletō Segobiā discesserunt, quoniam Moia Marchio, vt erat iustum, eam arcem Emanueli tradere recusaret, vim adhibitori si amplius cunctaretur. Verū is cautior cognito delectus militares haberi ad eam arcem impugnantam tandem obsequium contumaciæ p̄tulit, haud ignarus regū iras

40 morā aciores existere, æquū atq; iniquum regis imperium ferendū. Sic rex priusquam Segobiam ventum esset, flexo itinere Tudelam abiit Durio p̄terfluente nobile muni-  
cipium, inde Burgos atq; Victoriam iturus Gallicis copiis obuiam, quas ea parte irum-  
pere in Hispaniam velle fama vulgabat. Per Vasconum fines ne aliquid moueretur, pro Ioanne Ribera ei limiti Anagari Dux est substitutus. Deinde cū iis regib. fœdus factum Castellæ & Legionis regnis comprehensis, de socero Aragoniæ nulla mentio, q̄ vulgo homines accusarent passim, atq; mirarētur, in eo fœderis leges ad Villafamilam cū socero constituti, ac vero in vno facto humanitatis & naturæ iura perueriti, quibus Deus parenti bus obnoxios filios fore sanxit.

## Obitus Philippi Regis. CAPVT XXIII.

50 FERdinandus rex per Montacutum ē Castella digressus & Garizam, quæ Arci veterib. fuit, in Aragoniæ finibus oppidum, Cæsaraugustam vrbē regni caput contēdit. Prior regina deinde subsecutus rex excepti in ea vrbe sunt plausu & lætitiā gentis eo cumulatōre, q̄ ex eo coniugio Regem peculiarem habituros se confidebant æquo cum cæteris iure à primis annis viuere assuetum, iusto moderatoq; imperio, vt leges & instituta gētis postularunt superiorum Regum exempla. Priusquam ē Castella discederet ex itinere à Rege genero magna contentione petiit, Valentinum Borgiam sibi dedi iure captiuum suum. Velle eū in aliqua Aragoniæ arce diligēter custodire, certe Neapolim deferre quippe rebus Italiæ ex sententia componendis virum apprime idoneū. Nā propediē eo ire cogitabat. cōque classē Barcinone instrui mandaret. Philippum Regem socero obsequi

volentem (neq; enim tanti id erat) amici deterruerunt consilio communicato prius statuendum disputantes, ad quem captiuus spectaret vinctus & missus in Hispaniam à Gonsaluo, superstite tum Isabella Regina. Ex paruis sepe magnarum rerum momēta pendere. Importunis altercationibus extracto tempore nihil tandem impetratum quæ noua contumelia fuit, nouæ offensionis occasio. De magno Gonsaluo crescere cura: ex moræ diurnitate alienum animū suspicari, ab æmulis præsertim & maleuolis varii rumores spargi quidam Cæsaris aduentum expectare affirmabant per mare superum parantis cum octo Germanorum millibus regnum Neapolitanum occupare. Accusabāt alii ad Gallum transire velle, conditiones transitionis nuncupare Rhotomagensem Cardinalem. Quibusdam erat persuasū interprete Ticinensi Cardinali fœdus cum Pontifice agitare. Omnino imperium militare suscepturum bello aduersus Ioannem Bentiuolum Bononiam ecclesiæ Romanæ antea imperii, tyrannide prementem. Neq; deerant sermones prædicantium Prospero Columna sibi adiūcto filiæ adeo coniugio cū illius filio pacto monstri profecto aliquid alere, certe eius familiæ præsidio aduersus omnes fortunæ ictus se tutum velle præstare. Nemo dubitabat quantum is poterat, velle tantundem, singulis vt fit, ex se alienum animum merientib. coniectura fallaci. Nunnium Ocampum mutatis equis ad celeritatem ire ipse in Hispaniam iusserat, suæ synceræ voluntatis testem, celeris aduētus yadem. Aduersus vulgi rumores tales ac tantos non satis fidei Nunnii affirmationi adiunctum, quoniam dictis facta contraria videbantur. Calumniæ apertæ aures erant malum innocentia aduersum. Sic Rex quam primum proficisci cōstituens Aragoniæ Proregem Archiepiscopum Cæsaraugustanum designauit, Catalauniæ Calabriae Ducem detractis tamen è familia Italis, quorum partem se Neapolim comitari iussit. Gallū quin etiā sollicitauit vt Reginā Ducis matrem cum filiis reliquis ad se mitteret, vt in superiori fœdere cautum erat. Rebus securitas quærebatur. Negauit illa venturam, ac potius in Mantuani agri oppidum abiit comite Ludouico Gonzaga ex sorore Antonia Baucia nato, decē aureorum millia in familiæ alimenta à Gallo Rege pacta. Rebus ad profectiōē paratis præmissus Neapolim est Carolus Alagonius regii aduentus nuncius, ac Columniis procerib. qui rebus suis timere videbantur, verbis Regis testatum nihil eos per iniuriam passuros. His rebus perfectis pridie Nonas Septembris Ferdinandus Barcinone soluit, & cum eo germana vxor Regiæ Neapolitanæ mater & filia præterea splendidus procerum comitatus tum è Castella, tum præsertim ex Aragonia amplior. Catalauniæ triremium dux Raymundus Cardonius, Sicularum Trifstanus Dolcius. Sequebantur plura alia nauigia maiora minoraq; in speciem validæ & numerosæ classis. Neapolitanæ triremes in eo litore substitere à Gonsaluo retentæ, vt iis venienti Regi obuia procederet. Quo consilio Neapoli biduo postquā Rex Barcinone discessit, quoniam mare magnū erat, ventus aduersus pedestri itinere Caietam abiit. In ea vrbe ad duodecimum kalendas Octobris triremium aduentum sustentauit. Dux Termēstinus aliiq; Italici generis proceres euntem honoris causa profecuti, è captiuis adiūcti Rosanius, Bitōti Marchio, Alfonsus Sanscuerinus, Fabricius Gesualdus: alios aduersa valetudo detinuit Neapoli. Interea Philippus Rex cum primum Burgos peruenit Magistri equitum quamuis ædib. hospitio delectis, Ioannam Aragoniam eius vxorem aula expuit: ne scilicet esset cū qua Regina suas molestias communicaret & cuius in sermone acquiesceret. De Albano maiestatis quæstiones haberi cæptæ. Fidei constantia erga Ferdinandum crimen erat ea tempestate grauissimum. Maris Præfecto minori iam gratia mandatum, vt fidei pignus è suis arcem aliquam traderet. Quod ille cum Villenio, Anagari Duce, & Beneuentano consilio communicato face re detrectauit. Magnum malum q; ab his initiis reip. parabatur, atrocemq; tempestatem multorum capitibus & fortunis minitantem Philippi Regis improuisa valetudo, & mors importuna discussit. Febris pestilens nihil minus cogitatem inuasit, atq; intra paucos dies extinxit. Veneno corrupta vitalia sensim venis illapso exitiabili tarditate, suspicio quibusdam fuit inanis tamen, vti eius medici sunt testati, atq; in eo numero Ludouicus Marlianus, qui deinde Tudensi episcopatu donatus est in Calēcia, nimiam defatigationem verius intemperantiam exitio fuisse inter obsequia fortunæ minus quam ante suis cupiditatibus imperanti. Decubenti semper Regina astitit: ac ne ab extincti quidē corpore diuelli potuit vlla procerum diligentia ac precibus, quāuis præter ordinariam valetudinē vterogruui ad septimum Kalēdas Octobris decessit prima hora post meridiē ætatis anno octauo & vigesimo. Granatæ corpus sepeliri mādauit. Dum id fieret, trāslatitio funere ad Miraffores Carthusianorum Burgense monasterium tumulo compositum est. Eo fine vitam clausit Philippus Rex vix regni inchoati primis fructib. delibatis. Ætatis breuitas effecit ne diu talem Principem præstaret, qualem eximia indoles polliceri videbatur. Quid nobilitas



bilitas profuit? quid ætatis flos, eximia totius corporis orisq; dignitas? Quid opes & potentia, quib. cæteros Principes Christianos facile superauit? Quid regia & splēdidus aulicorum numerus? cuncta peruertit mors importuna præcepſq;. Tantum sibi in reb. humanis sumit. Sola virtus non interit, cuius certa merces est aliis fundata radicib. Diuina consilia explorare quis aufit? Quis humanæ felicitatis incōstantiam pro dignitate admirari accufareq;? Multorum spes sunt euerſæ, aliorum ad nouos conatus nihilominus erecti animi: Statura corporis iusta fuit, facies candida rubraq;, barba rara breuisq;, labiū inferius porrectum cum gratia, oculi mediocres, promissa cæsaries: vniuersi corporis habitus cum venustate decorus atq; amabilis. Animus ingens, sed facilis: q; nisi cautio adſit & modus, in  
 10 perniciem vertitur aulicorum abusu prauitateq;. Otio luxurioso oblectabatur, à negotiis abhorrens, eoq; intimorum libidini & imperio semper obnoxius. Id vnum fama accusauit, quæ nullum Principem innoxium patitur, si libido abesset, auaritiā sœuitiamq; non timeres. Mense Augusto crinitum astrum extitit octo diebus, cauda flammata porrectaq; occasum inter & austrum. Post fata creditum est huius Principis capiti minari: eiusq; obitu magnam rerum mutationem fore motusq; graues.

*Libri vigēsimi octāui Finis.*

20 IO. MARIANÆ HISPANI  
 E SOCIETATE IESV,  
 HISTORIÆ DE REBUS  
 HISPANIÆ,  
 LIBER XXIX.

*Ferdinando Regi obitus Philippi generi nunciatur. CAPVT I.*

30 **Q**UIT Philippus Regis magna rerum maior animorum immutatio facta est conuulsa penitus rep. maiori, quam meminerant periculō. Fluxa & inconstans humanæ vitæ cōditio. Quis Castellæ felicitatem tantis munitā præſidiis, lōgo tempore fundatā, multorum annorum pacem, iustitię eultum, quib. bonis à nulla gente vincebatur, puncto temporis crederet, in præcepſ iturā: desitura in tyrannidē & rerum omnium permixtionē miserabilem ni cōtinuo succurreretur? Magnam rerum sub cœlo inconstantiā, nostrę imbecillitatis clarum argumentū. Hora vna aufert, q; multis annis quæsitū erat: quoq; nauis maior, eo sua mole amplius laborat, & proprio mergitur pōdere, si nauclero destituatur & clauo. Vti in præſenti Castellæ accidit. Proce-  
 40 res inter se diffidebāt, nullo cōmuni consensu paucis iudiciū aut reip. amor: plerisq; p̄sens rerum status displicebat; pari dolore aliena cōmōda ac suas iniurias metiebātur. Immēſæ ambitioni satisfacere quis posset, q; hiantē cupiditatē fatiare ea multitudine hominum? Plurimā p̄fecturæ & honores prouinciæ penes Belgas erant. Obsequii patriæq; desertæ ea scilicet merces. Hi redigēdæ pecunię vias omnes inuestigare, quāuis cum prouincialiuū gemitu: p̄dæ habere reipub. pretio non æquitate iurā describere, impotēs dominatus ac sœuus. Omnino in Hispania diu hætere non cogitantes, nulla famæ cura cuncta vānalia habere honores, magistrat<sup>9</sup> præmia virtuti debita: ex iis pecuniā captare quasi breui principatu festinantes. Accēſas aulicorum cupiditates ipsa Principis facilitas acuebat, minori metu, maiori q̄stu apud iuuenem & credulum. Prouinciales ea offēſi peruerſitate tantis  
 50 malis aut finem aut modū optabant: atq; procerū exemplo scissi in partes, pleriq; supiora tempora tædio præſentium suspirare: quidā etiam à Ferdinando præpropere se desertos atq; inhumaniter accusare: cum ipsi priores eum deseruissent, atq; ignominiosi discessus culpā porro sustinerent. Hos tamen animorū motus, offēſionesq; graues Princeps præſentia auctoritateq; quamuis iuuenis: ac erroris cōmissi tradito reipub. clauo, cui minime cōueniebat, detractōq; ei, cui omnes amplius quā suis singuli parētib. debebāt, prouincia p̄ tot annos opimæ pacis cōmodis florente, ac multis accessionib. amplificata eo duce rectorēq; memoria frēnabat maxime: ne noui mōtus existerent. Leuius. n. ferunt homines, q̄ sua culpa accerserunt mala. Defuncto tamē Philippo Rege cōtinuo erumpentib. odiis quasi fræno domito multorū turbidi conatus extitere, maioris mali metus, nullo q̄ prohi-

bere posset, contumaciamq; castigare, malis impendentib. remediū afferre. Reginæ, q̄ res  
 ea maxime attingebat, ob valetudinē & ingeniū cura omnis grauis atq; intolerāda vide-  
 batur. Carolus filius imbecilla ætate, externis morib. & institutione, si pro matre suscepisset  
 rerū procuratiōne alieno imperio obnoxius futurus erat. periculū ne externi eius no-  
 mine regnarent cū magna prouincialiū inuidia motuq;. E duob. Caroli auis Maximilian<sup>us</sup>  
 Cæsar procul aberat. Si curā rerū susciperet non minor suspicio: penes eos rerū summam  
 fore, q̄ morū Hispaniæ essent prorsus ignari reip. magno atq; incredibili incōmodo gen-  
 tisq; offensione, ex recēti memoria metus probabilis. Supererat Ferdinādus idoneus ma-  
 xime ob exactā prudentiā & animi magnitudinē eorum et qui nolebāt cōfessione. Verū  
 is ex Hispania aberat suscepta ignominia irritatus. Ad hæc ex consciētia qui deliquerant,  
 ne eius reditu meritas pœnas exoluerent, & arrepta potestate, vt sunt hominū ingenia, vl-  
 cisci dolorem vellet verebatur. Hac anxii cura varias cogitationes, abhorrētia cōsilia ver-  
 sabāt, fœdas rerū imagines, aliud atq; aliud subiiciēte animo, vt fit, cū prima quæq; dāna-  
 mus. pridie obitus Philippi, salute iam à medicis desperata inter proceres tumultus extitit  
 grauis belli ciuilib. suspicio, nisi opportuno remedio occursū esset. His malis, q̄ multorum  
 capitib. minabatur cōmoti Magister equitū, maris Præfectus, & Infantatus Dux hi studio  
 in Ferdinandū palā incitati cū Anagari Duce & Villenjo q̄ aduersę partis capita erāt apud  
 Toletanū Archiepiscopū cōuenere de reb. omnib. disceptaturi. Grauiores cōtrouersia e-  
 rāt, maiores conatus q̄ vt cōponi sedariq; facile possent. Cōsensu definitū, vt cū Toletano  
 sex alii viri ab vtraq; parte iudices designati de litib. statuerēt: q̄ esset sancitū ius fasq; habe-  
 retur: nullus cōtra repugnaret. Ab iis Kal. Oct. fœdus percussū atq; procerum sacramento  
 confirmatū est in tres menses anniq; finē his prorsus legib. Nulli militares delectus habē-  
 tor. Proceres ne saluti aut fortunis inter se infidiātor: neue omnino lēdūto. Nemo Reginā  
 q̄ Burgis erat, neq; Ferdinandū filiū, qui Septimācis educabatur, in suā potestatē redigito.  
 Qui secus faxit, reliqui p̄ceres vindicatō. Petrus Nūnius Gusmanius Calatrauę Clauiger,  
 cui Ferdinādi instituēdi cura data erat, procerū conatus veritus ne infante p̄ vim detracto  
 turbarū occasio existeret (nā Philippo nondū extincto Dieghus queuara & Philippus Ala-  
 id facere tentarāt litteris patris nomine, vti creditū est cōfictis (Vallisoletani cōuentus iu-  
 dices eorumq; Præsidiē instātis periculi admonuit, nisi opē ipsi tulissent. Ea denūciatiōne  
 illi Septimācas haud procul sitū oppidū profecti puerū Vallisoletū deductū ad D. Gregorii  
 custodiendū curarunt, collegiū ab Alfonso Burgēsi Palētino Episcopo Dominicanis, quē  
 ipse ordinē professus erat, regia impēsa cōstitutū. Ea diligētia quorundā p̄posteri conatus  
 elusi sunt, cautumq; publicæ trāquillitati. Sic res in Castella erāt. Ferdinādus Catholicus,  
 quo die inter proceres sancita cōcordia est, Genuæ portū tenuit. Lēta nauigatio fuit, ad-  
 uersis tempestatib. prohibiti in varios Hispaniæ & Galliæ portus necessario clasē intule-  
 runt. Antequā Genuam ventū esset, cōsaluus obuiam Regi profectus suas secū triremes  
 ad reliquam classem adiunxit. Veniētem rex accepit humanissime ingentiq; lēticia, qua-  
 si levata superiori sollicitudine sincero gaudio mens tum primū vacaret, deterisq; suspi-  
 cionib. eximiā viri fidē plane perspexisset. Additus verborū honor publicū priuatumq; p̄-  
 coniu. Neq; n. fas erat quidquā de merita laude sinistris rūmorib. detrahi obscurari iniu-  
 ria gloriā tantis virtutib. partā. Vulgo homines ac p̄sertim Italici generis nunquā sibi p̄sua-  
 ferant ea prudētia heroē abiectis cōditionibus, q̄ multæ & honestissimæ offerebantur, se  
 suaq; vnquā Regis potestati permitturū callidi imprimis parciq; virorū insigniū prome-  
 ritis æstimādis cōpensandisq;. Noluit Rex eam ciuitatē inuisere, ne in terrā quidē descen-  
 dere, quāuis ab iis ciuib. publice & priuatim magnis p̄missis munerib. ad hospitium inuitat<sup>us</sup>.  
 Primores tantū ciuitatis se adeuntes monuit vt populares cōtinerent, quos nunciatū erat  
 Gallici imperii grauitate fessos vim & arma parare. Alioqui Regi Gallo fratri suo deesse  
 studio & opera nequaquā posse, si secus factū esset. Ea admonitione frænati tātis per ciues  
 metu Hispanicę classis aliquandiu irā continuerūt in Gallicā nationē conceptā diu, q̄ ali-  
 quanto post tñ effuderunt, ea cōtumacia correptis armis, vt Gallū in Italiā ii motus neces-  
 sario reuocarint. E portu Genuēsi digressus Hispanus vētis nihilominus reflātib. ad portū  
 Delphini substitit aliquandiu. Eo loco tertio Nonas Oct. de Philippi obitu tandē cogno-  
 uit, ex Toletani litteris aliorumq; eius nomini studentium. Ii cōsensu flagitabāt oblitis vti  
 priorib. offensionibus, q̄ primum in Castellā sese referret. Trāquilla omnia inuenturum,  
 neq; minora gētis studia q̄ in Aragonia futura. Festinaret modo beneuolētiæ memor po-  
 tius q̄ iniuriæ, neq; inutili cūctatione reb. nouis locū daret difficili deinde remedio seraq;  
 moræ pœnitētia. Eam ab ipso opē vniuersam gentē præstolari cū gemitu & lacrymis. Nō  
 fore tā inexorabilē, vt iis vocib. & precib. non moueretur. Tantundē Aluarus Osorius fla-  
 gitauit à Philippo Rege adiunctus socero comes oratoris munere. Has Ferdinādus preces  
 excelsō animo repulit, & si nemo eo melius cognoscebat vera esse, quę de Castellę piculo

pdicabāt. nihilq; optatius cōtingere poterat ad Castellæ procuratiōē, vnde erat eiectus, reditu. Ergo in cōsilio perstans cōptū iter prosequendi, litteras ad Episcopos, & proceres, & ciuitates dedit; quib. molestū Philippi generi obitū extitisse significauit. Rogare enixe vt fidei memores perpetuo erga suos Reges ab vniuersa gēte cultæ, Reginæ obsequiū deferrent. Se quidem deesse illis non posse: ac vero compositis Neapolitanis reb. breui, non moraturum spem vota; gentis deesse optime meritæ. Cōuerso retro itinere rediturum, voluntate certa cunctis gratificandi, vt eorum merita & obsequia perpetua suo iure postularent.

*Rex Catholicus Neapolim inuit.* CAP. II.

10 **E** portu Delphini soluēs Ferdinandus, quāuis aduersis tempestatib. in Caietæ portum tandē intulit clāsē. Ea in vrbe & Puteolis dies aliquot substitit, dum Neapolitani (qui nunquā sibi persuaserāt eo Regē peruenturū, præsertim ex quo de obitu Philippi cognitū est) sese ad eū excipiendū cōparant. Maximus post memoriā hominum apparatus, lætitiæ publicæ & priuatæ significatio præcipua extitit. Eo lōgior aliquāto mora. Sed Puteolis ad Oui arcē abiit mari circumfusā omni ex parte. Ac Kal. Nou. reb. omnib. paratis ex Neapolitana mole portus adinstar viginti triremes egressæ insigni ornatu vexillis & flāmulis explicatis visendo spectaculo atq; ordine ad Regē accessere. Eo prætoriā ingresso displosere tormēta de more primū triremes, arces deinceps & naues, q̄ in portu & ancoris stabāt. In-gēs fumus fragorq; auriū & oculorū vsūm aliquāto spatio diē quoq; ipsum atra diffusa nebula abstulere. Discussa nebula redditaq; luce sensim triremes se ad molē retulere remis.

20 Pontē ligneū ad mare tibicinib. sustētatum cōtabulatumq; asserib. arcus ex eadē materia erectus claudebat. Eo loco Regi & Reginę ex cēsuris Magnus Gōsaluus & vniuersa Neapolitana nobilitas præsto fuere intertextis auro vestib. luxu sumptuq; certates. luctū amissi Philippi splēdenti cultu cūcti mutarāt, misti fœminis mares, ætatis teneræ maiorib. effusi obuiā omni ex parte. Rex ipse bōbycinā trabeā coccino colore gestabat. Regina aureo rigentē cycladē circū humeros breue palliū, viridi colore laqueis eximio decore distinctū. Eā manu Gōsaluus vsq; ad pōtis frontē arcumq; p̄duxit. Quo loco Rex eius vrbis tabulis & priuilegiis sacramēto more maiorum cōfirmatis, in equum albū cōscendit in mannum æque cādīdum Regina. Umbellā ciuitatis primores gestabāt: vexillū Fabricius Columna de manu Regis acceptum, vexilliferi regii et̄ honore addito. eius latera stipabāt gemini de

30 more feciales. Subsequebatur Magnus Gōsaluus in veste exterius serica coloris purpurei, subtus aurēā, ad dextrā Prosp̄ Columna: mox alii proceres & Principum legati lōgo ordine. Pōpæ vniuersæ lætitiā præ cæteris captiui auxere iā libertate donati diuturni carceris squalore deterso, meliori in posterum spe læti ouātesq;. Agmē vniuersum clausere Borgia Sorrētīq; Cardinales post regiā umbellā proximi. Hoc ordine p̄ plateas p̄cipuas circūducta pōpa, sedesq; vrbanas quinq;, vbi ciues & matronæ expectabāt visēdo ornatu cū vocū & instumētorum cōcētū locis singulis mirabili, in tēplum maximum tandē puenit. Quo loco varii monachorum ordines ac reliq; viri sacriati cum ferculis & velamētis lætitię, collegiorum signis, dictorum insignib. veniētes excepere deo cōcinētes hymnū. Quacumq; incedebat agmē, multa p̄tiosa vestis tegēs parietes, multa erāt odoramēta disposita. Ad ar-

40 cē Nouā, vbi pōpæ finis fuit, duæ Reginę Neapolitanę, & Hungarię Regina obuiā processe & ipsæ pristinæ felicitatis cum subsecutis ærumnis cōparatione nō exigua spectaculi pars. Die postero Rex cunctis procerib. ac nobilitate prosequēte post vniuersā vrbē obambulatā in cōsalui hospitium diuertit, ea popularitate nō Gōsaluo modo cōhonestato, sed & plebis gratiam promeritus: q̄ morum & actionum maxime facilitate capitur. Mox de reb. cōmunib. actum est ac imprimis de procerib. Neapolitanis in pristinum locum restituendis, vt̄ erat in fœdere sanctum. De magnis & multis præterea reb. deliberatio futura erat. Ergo ad generales regni conuentus Neapolim edicto omnes regni ordines euocantur. In iis conuentib. Ferdinandi & Ioannæ filiæ atq; successorum sacramētum, à cunctis, qui intererant est susceptum nō alios Reges fore. Germanæ Reginę nulla mentio magno

50 multorum miraculo, fœderis nuper cum Gallo icti in eo legib. non stari. Germanę tamen valetudo excusata, & iam Vallisoleti Reginam Neapolitanam fuisse proclamatam. Honesta videlicet species, sed q̄ non omnib. probaret. Interea Castilla dissidiis æstuebat ex arcano in partes scissa, palam nōdum arma mouebantur. Neq; mirum sublato capite omnia reip. membra laborare. Proceres inter se dissidebant discordes ante, & tunc contemptu regentium minus coercitis odiis. Regina neq; idonea ad res gerendas erat, neque volens. Regii cōsiliū mandatis pauci obtēperabant, iuuuitus nemo: cogendi malo auctoritatis parū & viriū. Et est fluxa potētia nō sua vi nixa. Nusquā imperium, nusquā obsequium, omnia soluta & turbata atq; etiam in deterius versa. Quidā regni conuentus indicendos iudicabant; atq; ordinū cōmuni sententia regni rectores designādos. Eius consilii principes au-

etores Toletanus, Magister equitū & maris Præfectus extitere. Intercessit Albanus cōsiliū,  
 q̄ non ipse dedisset, inimicus, an quia ita sentiebat, Regum tantū esse conuentus indicere  
 iudicans. Interregni tēpore nihil nouarent. Mediā viā tentare visū est. conatui suscepto re  
 gii adiūgere nominis umbrā. Regina de ea re appellata adduci nulla arte potuit vt edicta,  
 quib. euocabātur ordines, sua subscriptione probaret. Irrito eo conatu, q̄ erat proximum  
 tamen, q̄ Reginæ à cōsiliis erant, cōuentus Burgos indixere. Reginę prius valetudine pu  
 blico testimonio cōprobata ne lege maiestatis tenerētur. Reb. controuersis pauci vrbium  
 procuratores cōuenerunt edictis obtēperantes: neq; quidquā ii præstiterunt tandē irritō  
 conatu. Varii animorū motus, multiplices conatus, rerū conditio misera. veterū malorum  
 ne orbis recurreret prouinciales verebātur. Proceres nō vna sententia, pleriq; tamen rerū  
 arbitrium Ferdinādo deferebāt, in hoc numero Toletanus, Magister equitū, maris Præfe  
 ctus, duces Alburquerquei & Begiaris. Non eadē tamen ne iis quidē mens omnib. neque  
 cōfentiens oratio. q̄dam eius præsentia requirebant, alii absenti ēt reip. curam delegabāt.  
 id Toletanus securus suspicionē p̄buit rerum arbitrium ad se velle reuocare. vsq; eo vt vi  
 caria fieri potestātē petierit regnum administrandi qualē habuit, cū ad cōtrouersias cum  
 Philippo cōponēdas ante fuerat à Ferdinādo missus. Id fama vulgauit vero an falso, haud  
 facile dixerim. Reb. turbatis, multa temere finguntur, dicūtur impune. Sed simul de ea re  
 Reginā appellare nō dubitasse affirmatur. Anagari Dux, Alfonso Tellius Villenii frater,  
 & Ioānes Emanuel cōtratendētes Ioānæ Reginæ regni procuratione propter valetudinē  
 detracta, pro mortua habendā conuētus regni pronunciare volebāt. Eo decreto haud du  
 biū in Carolū filiū scepra & ius imperii transferri. Verum neq; his plane consentiens sen  
 tentia erat. Duci. n. placebat venire ipsum in Hispaniā. reip. eius nomine moderatores or  
 dinū cōsensu designari. Alfonso Cæsari potestātē delegabat quippe Principis auo pater  
 no, cui leges eius tutelā manifeste darent. Ea plerisq; opinio magis q̄ Ducis probata. Ipseq;  
 Cæsar oppido cupiebat eā procurationē arripere: atq; ita vt cæteris contēptis in Hispaniā  
 propediē venturū se significaret. Nō deerant, q̄ Lusitanię Regē Castellę moderatorē dari  
 vellēt, in Isabellā filiā & Ferdinandum infantes iunctos cōiugio regno trās lato: quo iure  
 quib. virib. ? Nimirū cæcus animorū impetus agebat in p̄ceps, odiumq; externi imperii,  
 cuius recēs documentū extiterat. Turpius alii ad Regū Vasconię præsidium cōfugere, Via  
 nę itē Principis, de quo actū erat cū Philippi filia coniugio. Priuatas singuli cupiditates vt  
 fieri solet, spesq; sequebātur, publicę vtilitatis exigua, si ab iis discreparet, cura. quo morbo  
 laborasse ēt Toletanū rumor erat, sibi præterea purpurā, socio Fráncisco Ruicio episcopatū  
 aliquē destinare. Infantatus Dux filiū suū Palentinis Præfulē dari. Alburquerqueus Segō  
 biensē arcē Moix Marchioni, cū quo amicitia erat, restitui. Anagari Ducē male habebat  
 Magistri equitū, Villeniū Albani gratia & reb. omnib. auctoritas penes Ferdinandū. Nul  
 lū sine amulo aulæ fauor esse patitur: neq; minus q̄ iniuria propria, vrit inimici felicitas.  
 Beneuetanus Villalonio suæ ditionis oppido nundinarū ius à Philippo datū quāuis Medi  
 næ Cāpestris detrimēto ratū esse cupiebat. Sic singulos proprius dolor vrebāt, aut incita  
 bat cupiditas, eo vela daturōs, vnde certior spes affulgeret assequēdi, q̄ animo destinasset  
 omni alia cura soluti. Malis, q̄ ex eo fonte impēdebāt, procurādus Toletanus & delecti cū  
 eo arbitri in p̄cerū cōtrouersis, nouo eos sacramēto adegere, neminē præsidio & ad reip.  
 gubernacula euocaturū Principē aliquē externū, neq; cum eo facturū fœdus. Rex quoq;  
 Catholicus piculo cognito litteris ad plerosq; proceres pollicitus est se daturū vltro, quæ  
 cumq; ipsi expetiissent: si obsequiū cū securitate quā contumaciā cū periculo mallēt. Ac  
 nominatim Villenio Villenā Almanfamq; quæti pretiū promisit. Anagari Duci rerū vana  
 liū decumā, q̄ in Anagari ditione pēdi cōsueuerat. Nulla diligētia mala impendētia vitan  
 tur. Seu quia q̄ cælo manēt, moueri nō possunt, seu quia turbidas hominum mētes sanare  
 difficile est. Procerū dissidio factū vt scelerū impune grassaretur licētia, multa præpostere  
 fierēt, nullo qui vindicaret. Ac primū quib. dieb. Ferdinandus Neapolim ingredi parabat,  
 Valētinus Medinę Cāpestris arce fune demissus euasit. Sēsere qui intus erāt fugę strepitū.  
 Sed ad prohibendū pares nō erāt. Parta libertate ad Beneuetanum abiit fugę adiutorem,  
 deinde in Vascones magno periculo rerū Italię vbi præcipuā obtinebat auctoritatem in  
 genio prauo & malis artib. validus. Præterea Ioannes Gusmanus Assidonix Dux filium  
 Henricū cū copiis misit, vt Heracleā freto Gaditano impositā vrbē occuparet, superiorib.  
 annis sibi dono datā ab Henrico Rege. deinde à Ferdinādo detractā iniuria, sic ille conq̄  
 rebatur, reb. turbatis absenteq; Rege impunitatē facto fore ratus. Arci Præfectus Garxiæ  
 Lassi vicarius vim prohibere paratus, Tendillix Comes Granata, aliiq; Baticæ vrb. iū con  
 uentus ad periculū aduolātes effecerunt, vt obsidio solueretur præsertim Hispalēsi præfule  
 admonēte legib. q̄ armis causā quā vi disceptare honestius tutiusq; fore: q̄ se abs Regina  
 & Rege patre impetraturū est pollicitus vt cum eo de iure certarēt. Importunos conatus

fore exitiales auctori maxime. Sic ab armis est discessum. Maior alitunde tempestas ostentata. Hi duo Assidonius & Hispalensis Vrenia & Egabri Comites, Prieghi Marchio quales & quāti reguli ad Toccinam Bæticæ oppidum conuenere. Ibi fœdere inter se factotabulis cōfectis iureiurādo decreuerūt Regine debitum obsequium ac totius regni comoda. Obtemperaturos se mandatis Reginæ atq; eorum quia regis consiliis erāt. De regni conuentib., quos adornabāt, conteltari, si quid in iis esset cōstitutum, q; Dei legibus Reginæ mandatis, aut publicæ vtilitati esset aduersum nequaquam ratum habituros. Sic in Bætica res erant honesta specie turbidi conatus. Plerisq; licentia placebat sed honesta conatibus præte debāt nomina. In alia parte Rodericus Médoza Cæneti Marchio Mariam Fōsecam sibi toro iungere cupiebat. Exorta de eo coniugio lite, dum à sacro iudice in causa esset pronunciatum, Reges Catholici sponsam in variis monasteriis custodiri mandarant, ne qua vis interim afferretur. Marchio vt erat ardenti animo audax & præceps, rebus turbatis ex Olgarum Vallisoletano monasterio, vbi postremo erat, vi admora detraxit, & amore & scelere male sanus: q̄ noua prouinciæ turbatio gentisq; fuit. Toleti tumultus hac occasione extitit, Fuésalida Comes apparitoris munere, quo Regum ab antiquo munere ea familia in illa vrbe fungitur, cōstus Petrum Castellam Prætorē loco mouere est aggressus. Insignem confidentiam virib. maiore conatum milites Ocania à Ferdinando Vegha missi cōtinuo repressere, aduersaq; Comiti Siluarum factio Prætori adhærens, Per eum modum motæ vrbi tranquillitas rediit. Madriti nō minor turbatio dissidiumq; extitit inter Sapatas & Petrum Lassum Ferdinandi partes sectantes, aduersus Ioannem Ariam eidem infensum. Segobiæ item Moie Marchio portas & templum maximum armatis occupauit, arcis præfecturā iniuria detractam obtinendi spei imminens. Dissidorum flammam tumultumq; grauem vniuersa prouincia multis cōcitantib. extinguebat nemo. Colluuiēs malorum qualem à multis annis Castella non viderat, quasi cōuulsa suis sedibus nutans atq; ruitura supra suo pondere, etiam si nullus impelleret.

*Ioanna Regina Burgis discessit* CAPVT III.

**C**astelle Regina impedita valetudine malorum occasio magis quam leuamen, fluctuanti reip. opitulari non poterat, medicas prohibere à rep. manus poterat. Omnium sanctorum anniuersaria memoria festum diem ad Miraflores monasteriū celebrauit. Ibi sacris operata post prandium sepulcrum aperiri mandauit, vbi viri corpus erat. Ingressa intro & loculo à Burgenfi Episcopo referato cadauer attente considerauit oculis, contretauit etiam manu sine gemitu tamen millisq; effusis lacrymis ac profus nihil, vt videbatur, animo commota. Sic eodem die sese in urbem retulit. Suspiciam crediderunt, in Belgas extinctum fuisse, ablatum ab ea natione hominibus, in familiam Principis adscriptis. Verum illi cupidi in patriam quam primum redeundi mercedes potius annuas, & si quæ heri testamento debebantur legata, magna contentione exigere moræ impatientia vendita, si opus esset, defuncti supellectile, ne diu sustentare necesse esset in Hispania nullaiam melioris fortunæ spe. Regina de ea re appellata, iustissimo postulato nil respondit aliud, quam viri manes expiandi precibus curam se, vti par erat, non neglecturam.

**B**urgis vt discederet sæpe agitātū vrbe diuisa in factiones. Magistrū equitū, in cuius illa ædib. morabatur, maior ciuium pars sequebatur. Ioanni Emanueli æmulo neq; ciuium studia deerant neq; voluntas Reginæ in suam potestātē redigendæ arcis fiducia: cuius præfectura cum multis aliis tota prouincia à Philippo Rege fuerat donatus. Pestis lues in ea vrbe grassari incipientis discessum vt maturarent effecit. Villenius etiam Escalonam suæ ditionis oppidum cupiebat deduci. Conatus omnes disturbabat Reginæ ingenium consilio repudiato nisi q; infedisset animo Ioannam Aragoniam sororem cōtinuo a viri obitu reuocarat in regiam. Eam & Dianii Marchionis vxorem Salinarum Comitem cum nurū Maria Villoa in primis gratas habere ceperat atq; cuius libeter sermones familiares miscere. His auctoris. ad suburbanā domū egressa, graui vtero, ac proximo partu, relicta ea vrbe cōstituit Turrecrematā discedere viri cadauere secū asportato, quasi ex eo oppido missura Granatā funere sepulcroq; stabili. Eo consilio pridie discessus nepe ad quartū decimum kalēdas Ianuarii Ioāni Lupo Lazarragæ a secretis mādauit, diploma cōficeret, quo donationis à Philippo viro post mortē Isabellæ Reginæ factas abrogabat. Ea res quoniam ad multos pertinebat, grauissimos animorū motus cōcituratura videbatur. Cūctate proinde Lazarraga atq; aliam ex alia morē causā excusanti, quatuor hē regis cōsiliariis ad se Regina vocati quā primū tabulas in eā sentētiam cōficerēt, præcise iussit. præterea ex suorum cōsultorum albo eradi quoscūq; post matris Reginæ obitū ad eū numerū adiunxisset Philippus vir, atq; ita denunciari, quorum intererat. Die postero, priusquā se in iter daret, vrbiū procuratores salutatū accedentes post varios sermones rogarūt, vellet ne ex ipsorum numero binos ad Ferdinandū patrē ablegari oratū, vt quam primū veniret in Hispaniam

adiutor reb. gerendis. Aduentum respondit patris cupere: solatio æque ac voluptati fore. De regni procuratione nullum verbum. Ac iussit potius pro se quisq; in hospitia discederent: neq; iniussu conuentus agitarent. Quod erat nil aliud quam cōuentus soluere, prohibere incommoda q̄ multorum iudicio ex illis ne extarēt timebatur. Reb. ita constitutis Regina Miraflores abiit die Dominico tertio decimo Kal. Ian. A prandio Philippi regis corpus è tumulo detractum atq; lecto funebri impositum præmisit. Comites adiuncti Episcopi Giennensis & Mindoniensis, & cum illis Malacensis Præful Dieghus ramirus à Villascusa. Paulo post egressa Regina est neq; splendido neq; modico comitatu stipante. Villenius tamen aderat, & Ludouicus Ferrerius legatus Ferdinandi. Accessit mox Magister equitum multiq; alii in officium incitati nihil sentientis, sed maiestati datū officium. 10  
Nocturnum iter erat accensis facibus. Ad mediam noctem Papiam ventum, inde Turrecrematam, vbi Regina diu substitit. Burgis manserunt regii consiliiarii, Toletanus, maris Præfectus, Anagati Dux. Tempus exibat, procerum in pacto fœdere & concordia designatum. Actum de eo prorogando. Non vna mens erat omnibus, neq; par cunctis oratio. Magister equitum abnuebat, eo fœdere causatus reginæ maiestatem imminui. Maris Præfecto, ampliari placebat. Toletanus ad hanc sententiā adiiciebat de suo: regis consiliiariis auctoritatem imperandi sancientiam videri, aut eam viam aut nullā ostendi gerendæ reipublicæ sustentandæq; sine noxa vsq; ad Ferdinandi Regis aduentum. Multis grauis erat Ferdinandus, neq; rerum procuratorē volebant. Ergo vt id impedirent, de Regina coniugio actum est. Villenius Calabriae Ducem coniugem destinabat, pari nobilitate quāuis 20  
è paterno regno magna fortunæ iniquitate deturbatum. Præferebat alii Alfonso Henrici Aragonii filiū ex Aragoniæ & Castellæ regio sanguine solū superstitē stemate quidem per viros cōtinuato. Eo ventū vt Mariæ Vlloræ, cui cū Regina familiaris vsus erat, opimus principatus promitteretur operæ merces si eius animū exploraret. Fecit illa q̄ iussum erat molli occasione captata. Tū Regina apage, inquit, tantū nefas: nouo me cōiugio implicari vis? Nec deerāt q̄ Anglo iungi vellent, prouecta quāuis ætate eius cōnubii percupido. Incertis præter hæc rumorib. fama vulgauit, vt paulo post mōstrabitur, Gastoni Fuxensii Narbonis Principi à Ferdinando eius magno auunculo & sororio, Reginā filiam vxorē destinari. Insanum quantū is rumor quamuis confictus multorū ab eo auertit animos, aliorum studia debilitauit alioqui in Ferdinandū Regem accessa. Quod falso creditū est, sæpe veri 30  
vicem obtinuit. *Neapolitanis exilibus Principatus restituti.* CAP. IV.

**R**egis Catholici Italica protectione multorū animi ad nouas spes sūt erecti. Ex omnib. Italiæ partib. legati Neapolim confluxere gratulatū de aduētū, simulq; de reb. magnis. Inter alias molitiones opera Galli Regis curatū est, ne Belgici principatus procuratio Cæsari ab ea gente demandaretur. Ea re neq; Carolū Principem, neq; Cæsare vēturos in Hispaniā prouidebatur, q̄ potissima cura erat. Principe ea procuratione impedito Cæsare lōgiquo. Contra Rex Gallus Ferdinandū sollicitare vt ad Venetos impugnādos, detrahendosq; vrbes, quas iniuria de finitimis & lōginquis ceperant, secū & cū Pontifice vires iungeret. His Ferdinandus molitionib. libēter accōmodabat aures ardēs cupiditate recuperandi eas vrbes, quas in Apuliæ ora & ditione Neapolitana Veneti obtinebāt à superiorib. 40  
annis impēse in bello cōtra Gallos factæ pignus. Nouo tamen bello implicari exhorrebat priusquā fluctus Castellæ essent in malaciā cōpositi. Ac interim consultius fore iudicabat in amicitia perstare cū iis ciuib. constituta industria potissimū atq; auctoritate Laurentii Suarii sui in ea vrbe legati. Quem dieb. superiorib. extinctū vniuersa ciuitas doloris argumento funere amplo & exequiis celeberrimis honestandū curauit, filio consaluo Ruizio Figueroa pro patre substituto, dū à suo Rege venirent mādata. Satagebat Pōtifex Ioanne Bentiuolo pulso Bononiā galliæ Cisalpinæ urbē primariam & opulentā ditioni pōtificiæ restituere. Præcipua rei ex sententiā perficiendæ spes in Gallo erat equitū & peditū copias in eam expeditionē pollicito missurū se. Ipse quinetiam Pōtifex ad eā urbem subigendam proficisci parabat. Ad ea p̄sidia Hispanici nominis vmbra sin minus auxilia, adiungere visū 50  
est. De ea re appellatus Ferdinandus misit q̄ suis verbis mōneret. Bentiuolū se quidē Pontifici æqua p̄sertim petēti deesse studio & ope nō posse. Copiis omnib. & virib. curaturum vt Ecclesiæ Rom. suum patrimoniū factum tectumq; esset, sua Pontificib. dignitas. His ille acceptis mādatiis tātis virib. impar Pontifici per cōditiones vrbis obtulit imperium. Foro Corneli, vbi Pōtifex erat ad ciuiū Bononiensiu animos versādos missus est Archiepiscopus Manfredoniæ, q̄ Sipōtus olim fuit, adiuncto Frācisco Rogio Ferdinandi legato. Iis agētib. tyrāno vrbe egresso, ciues cōtumacia posita suæ vrbis imperiū Pontifici detulerunt elatis per cōpita eius vexillis, arcib. & propugnaculis in eius potestatem cōtraditis. Antonius Acunius Neapoli missus est ad Pontificē qui verbis Ferdinandi de victoria successuq; gaudio fungeretur.

fueretur. Maior ex arcano cura suberat tēpestiuis officiis regni Neapolitani iura promē  
 rendi expressis à Pōtifice tabulis, quib. sibi & posteris eā possessionem confirmaret, nulla  
 fōederis cū Gallo iēti memoria. In summa potestate id æquius, q̄ validius. Regib. p̄ vtilitate  
 nulla honestatis cura est, neq; q̄d de ipsis fama loquatur tanti habent. Arcano hæc agitata  
 cōsilia accurate tegebantur. Fine quidem huius anni Egidium Viterbiensem Augustiniano  
 ordini Præfectum generalē, concionatorem ea gr̄ate eximium, Bononiā vbi Pōtifer erat,  
 legauit cum mandatjs. Paratum se esse pro eius incolumitate & Pontificia dignitate non  
 virib. iuuare, sed sanguinē vitamq; profunderē. Experiretur cū vellet, siue ecclesiæ patri-  
 monium tyrannis eripi vellet, siue bello peti Turcas, quo iam pridē animus ardētī studio  
 10 ferebatur. Hæc agebantur. Simul de Andegauensib. in maiorū opes & principatus repo-  
 nēdis serio Neapoli disputabatur. ardua res & multis implicata difficultatib, q̄ ea oppida  
 contributa essent iis, qui superiorib. bellis industriā & operā nauarant. Sanguinis ii p̄tium  
 auferri quī æquis animis ferrēt? Quæ impedita p̄fecto erant, Regis prudētia & auctoritas  
 expediuit. Quædam oppida possessorib. detracta, alia ditione aut annuis vectigalib. æquā  
 cōpensatione mutauit. Integros etiā principatus de suo pecunia redemit, quos recēs spo-  
 liatis donaret. Sed quantulū id erat? multa oppida è regia ditione detrahēre, & nouis ad-  
 dicere dominis necesse fuit. Alioqui omnib. satisfacere nō potuisset, neq; motus animorū  
 frænare palā regiā munificentiam laudantiū, si contingeret tamen sine virorū fortiū iniu-  
 ria. In exulū numero præcipui extiterunt Salernitanus, Amalfitanus & Bisinianus, Cōsæ,  
 20 Morchonis, & Monteleonis, Comites; præter hos Alfonso Sāseuerinus. Suessa redempta  
 pecunia Magno Gonsaluo ducis nomine data meritis ingentib. minor omniū cōfessione  
 gratia. Theani principatus, Ciriniola, Mōtefosculum, & Flumē empta itē pretio pro aliis  
 oppidis permutata sunt. Quæ omnia in Ducis Gadiensis iure erant amplissimā ditionē &  
 principatus in regno Neapolitano obrinentis dono superiorū Regū, atq; in gratiā aui Ale-  
 xandri Pōtificis. Inter eos, quib. oppida ante dono data, nunc sunt abs Rege ablata, multi  
 tū Italici generis tū Hispanici numerātur. Præcipui tamē erant Petrus Pacius, Antonius  
 Leiuā, Fernandus Alarconius, Gomecius Solisus, Dieghus garfias Paredius. Atq; hi oēs  
 æquissimis animis tulerunt, pro cuius dignitate sanguinē sæpe profuderāt, fortunas & vi-  
 tā in discrimē vocarant, à suo Rege repeti præmia virtutib. data. Eo amplius q̄ de reditu in  
 30 patriā cogitantes, quamuis minorē compensationē in Hispania pluris fecere q̄ maiores in  
 Italia copias, hoc est, in exilio, vti illi interpretabātur certe tā procul à patria atq; inter in-  
 fensos. Colūnios & Vrsinos principes Romæ familias benignitate alliciendi, vincien-  
 diq; beneficijs præcipua cura fuit propriis inter se quāuis diffidijs discrepātes magno ad rerū  
 summā adiuuētō. Senenses præterea publicè, & Plōbini regulū priuatim. Ad imperium  
 Neapolitanū tuendū præsidia vndiq; q̄rebantur. Ipso tēpore Lubianę Episcopus, & Lucas  
 Reginaldus Neapolim appulerūt à Cæsare legati de Castellę cōtrouersijs, ad vtrū ea pro-  
 curatio spectaret. Hi Regē conueniēdi facta potestate postquā gaudio functi sūt ob felicē  
 faustumq; aduentū in Italiā & res alias ex sentētia fluentes, Castellę reb. fore saluberrimū  
 verbis Cæsaris significarūt, si eā procurationē retinerent, qui fuissent ante regni modera-  
 40 tores à gēte designati. Deinde ne Andegauēs in maiorū opes restituerentur, enixe con-  
 tendere. tantum hostium domi alere fore procul dubio exitiale. In nouo & lōginquo im-  
 perio nō defuturā occasionem res nouandi, quib. animus non deesset. Actum præterea de  
 coniugio Caroli Principis cū Claudia Galli filia, q̄ probari Ferdinando cupiebāt, ac vero  
 vt perficeretur, pro sua parte dare diligentē operam. De reb. tantis per interpretes consti-  
 tuere fore longum & difficile alijs conditiones ferentib. Si Cæsar & Ferdinandus inter se  
 viderent, facile omnia, atq; ex sentētia conuentura. Et erat Cæsari deliberatum in Italiam  
 transire, specie coronā imperii de manu Pontificis more maiorum suscipiendi: re vt Galli  
 conatib. obuiā iret: de quo fama nunciabat velle Romā proficisci, sibiq; imperium, Rho-  
 tomagēsi Cardinali Pontificatum destinare. Rumores eos fortasse inanes, quasi veros ex-  
 50 ploratosq; Cæsar Cōstantiæ in imperii conuentib. graui oratione accusarat. falsum sæpe  
 veri locum habet. Auditis legatis Ferdinādus nullo petito ad integrā consultationē spatio,  
 continuo ad Reginā filiam Castellæ procurationē pertinere respondit. Quid aliena cura  
 sollicitaret? Ea impedita aut nolente res gerere, se quippe patrem vicarium substitui tum  
 superstiti tum defunctæ. Eatenus nullos in Castellā regni rectores à gente fuisse designa-  
 tos. De Andegauensib. restituendis fidem astrinxisse, q̄ violare seq; mendacii religione a-  
 stringere nefas esset. Quod de Caroli coniugio dicerent, Regem callum admonuisse re-  
 gni ordines repugnare cōsilio. Mediolanum & Armoricos diuelli a reliquo imperio non  
 iaturos. Orare potius vti filiam Engolismorum Duci coniugē daret: cui regnādi post eum  
 proxima spes destinabatur. Deniq; cōgressū Cæsaris fore gratū cū se eius rei opportunitas  
 daret, nihil aliud. Tēpus colloq̄o nō dare, neq; alia polliceri, magnā cōcordiæ despationē

afferebat. Non destitit tamen legati: rursus dato senatu eo sunt post multa progressi, ut Cæsari dicerent stare sententiam cum eo & ius & nomen imperii communicare. Italia certe imperio in ipso translato ad eamq; ditionem subiugandam virib. iuuare. Promissis speciosis sed inanib. nihil motus Ferdinandus, ut erat excelso animo, se passurum negauit, de imperii auctoritate quidquam diminui: neq; de Italia velle nisi q; iure suū erat. Actum præterea de armorum societate cum Cæsare, Gallo atq; Pontifice aduersus Venetos. Ad id postulatum, modo cæteri inter se consentirent, moram fœderi non facturum respōdit. Ad hæc Jacobum Concillum Giracii Pontificem ad Cæsarem legauit cum mandatis palam, diuersa ex arcano cura votisq;, daret operā, ut Belgæ rerum suarum procuracionem ad Cæsarem deferrent nempe Caroli Principis auum eoq; legib. iubentib. tutorem eiusdem in minori ætate.

*Ioanna Regina partus. CAPVT V.*

1507. **I**oanna Regina Turrecrematæ erat ineunte salutis anno Mille. quingentes. sept. mente vacillans nulla reip. cura. In eo oppido postridie Idus Ianua. die Iouis filiam enixa est cui Catharina nomen, regnum accedentib. annis Lusitania fuit. Partu de vita periclitata Regina est nulla obstetrice: q; officium illi præstare Maria Vlloa cubiculo Præfecta præ cæteris gratiosa & familiaris necesse habuit maiori animo quam peritia artis. Valetudo officiebat, consilio & medicinæ remediis iuxta inimica. Aderant Toletanus, Magister equitum, aliiq; proceres officio incitati erga nihil sentientem imperantemue. Regii consiliiarii cum ipsorum Præside Giennensi Episcopo Burgis substitierant. Atq; illi quidem oppido cupiebant flammam dissidiorum inter proceres maiores indies sumentem vires sedare. Auctoritatis parum erat: eorum mandatis atq; edictis pauci obtēperabant, nemo qui nollet. Scelerum adeo licentia volitabat, colluies malorum iniuriarumq;, pudendus rerum status. Tumultus Cordubæ contra Inquisitores pridem concitatus nondū cessabat. Præcipua itarum occasio, de vinctis quæstione habita, plerosq; è nobilitate vrbana in tormētis fuisse delatos quasi criminum socios. Et est maligna calamitas: supplicio multorum acquiescit: an multis indicatis & scelerum infamia ambustis veniā cunctis fore sperabant. Populus tamen in eo fraudem Inquisitorū & dolos interpretatus prona semper erga Præfectos in deterius fide vim & arma parare. Toleti Siluæ & Aialæ antiquæ aduersæq; factiones corripuerunt inter se arma. Aialæ recuperatori ad quæstiones habendas misso à regio cōsilio fauētes. Siluæ Prætori, recuperatorē vrbis aditu prohibere destinanti. Virib. quauis præstantes Siluas quippe vrbis portas & pōtes obtinebāt, vicerūt Aialæ populi cōcursu adiuti. Sic Prætor Petrus Castilla ex vrbe est pulsus cædes tamē & vulnera extitere. Sæuitia mutuis odiis sanguine imbuta, deinde in auaritiā desitit. Nihil secretū aut clausū sinere quasi aduersarios occultarēt. inde direptiones prædeq;, Madritū turbare pergebāt Petrus Lassus studio in Regē Catholicū incitatus, & Ioānes Arias aduersæ factionis caput. vbiq; lamēta & turbæ, in quib. pessimo cuiq; plurima vis. Vrbānū Conche senatum opprimebat. Philip pus Acunius Prætor, ne Reginæ auctoritatē sequerentur. Dieghus Furtatus Mēdoza correptis armis pulso Prætoře effecit, ut à senatu duumiri Reginæ nomine designati cōsensu popularib. iura darent. Segobiæ Moix Marchio arce oblecta aduersæ factionis ciues vrbe expulit, eo vsq; studio prouectus, ut D. Romani ædi ignes iniiceret, nihil motus loci sanctitate, p̄ studio hostes vindicandi, quoniā eo se quidam ex aduersariis receperāt. Reginæ fluxa auctoritas erat tantis malis prohibēdis, medicinæ impedimentū magis q̄ tutamē. In Bætica ad prohibēdas iniurias frænandamq; audaciā Prieghi Marchio & Egabri Comes, cum Tendillie Comite Granatenfis militie summo duce, & Murcia Antelato vires & cōsilia sociarūt ex Regine auctoritate & nomine res geri dū Ferdinandus pater in Hispaniā rediret. Vrenia Comes in curiā venerat, cupidus cōponendi procerū dissidia. Et ipsum tamen proprius dolor vrebatur suisq; adeo cupiditatib. agitabatur. Votorum summā finiebat sibi quidē Carmonēsis arcis p̄fectura, quā abstulerant, Roderico autē filio sacræ militiæ alia quapiā p̄fectura: quā illi cōmēdari exposcebat. Proceres expediebāt arma. Maris Præfectus delectis copiis Villadadæ & Villauincētio minari, oppidis, vti ipse p̄dicabat, ab Albano iniuria occupatis. Anagari Dux multis stipatus armatis in curia agēs eo audaciē processit, ut die quodā hospitia regio cōsilio ad Villamedianā metata occuparet: qua illi necessitate Palentiā diuertere nulla audaciā vindicādi facultate. Ioānes Emanuel sexaginta grauis armaturæ eq̄tes nihilominus Turrecrematā aduexit, nullā iam spē nisi turbatis reb. & in audacia ponēs. Villenius itē & Magister equitum delectus habere, militum p̄sidium cōquirere. Nō publicum cōsiliū vigeat, sed vis & immanitas dominabatur, vnoquoq; tantum sibi auctoritatis sumēte, quātæ vires inerāt. Aduersus hāc tempestatē Toletanus nō nisi satellitib. stipatus in publicū procedere certus, ne in ea colluioe dignitas ludibrio esset, ceterum equites pedites trecentos cōduxit pecunia. Præterea stipendio equitibus regni custo-



gni custodiæ designatis de suo persoluto, eos Regina sibi que nouo iureiurando astrinxit facturos quæ imperaret. Ad frænandum procerum licentiam hæc omnia præsidia referbantur: simul, ne à regio consilio responsa aliqua, mandataue prodirent, turbatæ tempestati non satis consentanea. Hac diligentia commotus Anagari Dux maiori numero milites è ditione euocauit. Periculum erat ne pars cum parte confingeret: ac vero nocte quadam nihil propius est factum quam ut inter se Ducis & Toletani milites venirent ad manus. Id ne aliquando contingeret cautum, ne ulli milites Turtecrematæ versarentur præterquam Reginae solius & Toletani. Ea denunciatione Dux raptim atq; iratus è curia discessit. Priusquam Ioannes Emanuel idem faceret, colloquio ad Grigiotam instituto, ipse & maris Præfectus, Villenius, & Beneuetanus, atq; Andreas Burgius pro Cesare legatus consensu decreuerunt, Ferdinandum Regem aditu Castellæ prohibere, nisi prius eorum postulatis & querelis esset satisfactum. Magna rerum moles ab his initiis sæua procella imminere videbatur. Toletani prudentia potentiaque importunis conatibus opponebatur. Quem viribus superare non sperabant, fraudè euertere aggrediuntur. Eorum quidam Donniis conuenientes rumores spargere in vulgus constituunt, quasi Regina Toletanus & Magister equitum vincitiam tenerent. Præterea Villaloniu profecti delectus militares habent, specie Segobiensem arcem defendendi aduersus intempestiuos Andreae Cabrere conatus. Villenium inter & Lusitanum Regem consilia agitata Ferdinandum reditu in Castellam prohibendi: Casarque ut aduecto Carolo nepote rerum procurationem tutelæ iure & nomine arriperet, pro virili curandi. Roma ipso tempore venit Antonius Acunius inter alia reip. mala Zamoræ Episcopus renunciatus. Venienti Ferdinandus Rex dedit mandata, ut pro ea propinquitate qua Villenium complectebatur, eo sanando pacandoque operam daret; pollicereturque eius verbis. Villenam & Almanfam, quas tantopere expetiisset, si idem quietis quam periculi pretium referre malet. Nihil ea diligentia profectum. Ne Aluarus quidem Oforius Anagari Duce & Emanuele conuentis, ac de sanitate appellatis meliora tulit. Inuictus est animus, quæ ardens studium ingentes spes deuouerunt. Antonio Acunio delatus episcopatus bifariam genti molestus extitit, atque iis penes quos rerum potestas erat. Equitum Magister inanicorum præcipuo data præmia, se nullis honoribus cohonestari conquebatur scilicet. Deinde graue visum est, nulla Reginae aut patris Ferdinandi, ut moris erat, nominatione Antonio eum honorem fuisse delatum. Nouo insolentique exemplo si dissimularent, de iure dignitateque regia multum decedere. Itaque regii consultores Decano & canonicis eius ecclesiæ per litteras mandarunt, Antonio eius ecclesiæ possessionem ne darent, si data esset impedirent usum, vectigaliaq; interciperent. Sera diligentia inanisq; fuit, illo iam nullo prohibente possessionem honoris adepti. Quatuor uiri rerum capitalium in curia regia versantur legibus & fauore Principis armati, auctoritate summæ proxima. Ex eo numero audacem maxime & promptum Ronquillum nomine Zamoram misere, ut consilii exequeretur mandata. Illum Antonius cum manu militari intempesta nocte veniens captum in hospitio, in arcem Ferdinandam perduxit. Grauis contumelia extitit, metus ne dissimulatione confirmaretur audacia. Salmanticensis Prætor & Albanus Dux consilii iussu cum manu militari impotentis hominis impetum, quasi equum tenacem & turbidum asperioribus frænis compefcere aggressi nihil præstitere tamen. rebus turbatis cum omnes omnia audeant, pleraq; facinora sunt impune. In pace bonæ artes vigent, rebus commotis prauis homines maiorem vim habent. Itaque Antonio collatus honos incolumis extitit & proprius, magna deinde suo malo si consequentia tempora spectes, eiusdem enim Ronquilli, quem vincerat, manu periit, cum factiosorum dux factus temp. turbaret, vitæ par exitus. Tumultibus plena omnia erant, varia consilia, conatus, querelæ, sædum vere ac miserandum spectaculum. Meliores quoq; fidem & operam carissime veditare, sibi, propinquis, & necessariis præmia extorquere, id singuli habituros rati, quod in ea rerum turbatione datum esset. Ferdinando regi gladium in fontes distringere non placebat, ne vindicta inuidiæ esset. Sed neq; honestum videbatur largitione & donis redimere, quod iura legesque darent. Prudens consilium, æquum tamen & salutare omnes iudicabant, iniuria oppressos subleuare, frænare legibus prauorum hominum impotentiam. Ipso tempore regis consultoribus visum est regni conuentus in quatuor menses sustentari. Ea prorogatione vrbiū procuratores Burgis, ubi hæserant, domos quinque redierunt nulla rursus conuentus agitandi spe, nisi in commodiorem formam rebus mutatis.

**S**ic res in Castilla erant. Inter Vascones noui extitere motus hac occasione. Ioannes in  
 ea gente Rex Ferdinandi, cuius metu frangebatur, absentiam opportunam conatui ra-  
 tus Lerini Comitem in Vasconibus Magistrum equitum inquietum hominem & au-  
 dacem vindicare constituit. Id cogitanti commode cecidit Valentini fuga: quem ad se  
 dilapsum continuo bello, quod meditabatur, summum ducem præfecit idoneum ho-  
 minem arbitratus per quem Lerini Comitem maiorum ditione spoliatum ex omni-  
 bus regni finibus deturbaret, haud innoxium. Eo consilio magnis pro præsentī copia  
 delectibus exercitum contraxit velites ducentos centum & quinquaginta cataphractos, 10  
 pedites ad quinque millia. Cum iis copiis ad sextum Idus Martii die Mercurii Vianæ  
 arcem infedit Magistri equitum custodiæ creditam ante, & tunc Ludouico Beamon-  
 tio vicario pro patre: q̄ Anagari Ducis gener erat magnæ spei iuuenis par opib. & nobili-  
 tate. Non latuere ii conatus Magistrum equitum. Filii & arcis periculo iuxta commo-  
 tus ex Mendauia ditionis municipio duodecim milliū spatio, ad præsidium die altero ob-  
 sidionis accurrat. Et erat nox opportuna conatui imbribus & ventis, horrida tempestas,  
 deiecti nubibus turbines. Ducentos modo equites secum deduxit, pedites sexcentos  
 in loco cauo terreo tumulo relictos reliquit. Munita arce, vti tempus dabat, sub auroram  
 redeuntem sensere aduersarii. Totis castris regiis ad arma couclamatum est, septuaginta  
 equites Valentinum sequantur præ festinatione non satis armatum: Rex cum reliquis 20  
 copiis subsequēbatur lente tamen & ex interuallo, neque acie competenter instructa  
 ne seruatīs quidem ordinibus venturi securus. Dux, vt erat audax, impressione in ce-  
 dentes facta captis ex eo numero quindecim, studioq; prouectus equitem porro quen-  
 dam insectandi, in insidias præcep̄ fertur. Conuersi tunc quatuor ex hostibus equi-  
 tes in eum irruerunt. Ex iis vnus hasta latus supra ilia hausit, ictuque ex eo equo de-  
 turbauit. Accurrere qui in insidiis erant. Pedibus eximie quamuis pugnantem lancea  
 gemino præfixa ferro, plures tamen vnum peremerunt. Prostrato pleraque vulnera ferit-  
 ate & sequitria sunt imposita, arma vestesque puncto detracta ne relicto quidem indusio.  
 Duce cadente reliqui mæsti se se retulerunt in castra. Magister quoque equitum, quo  
 securior esset, Mendauia Lerinum abiit loci munitione vim hostium propulsare con- 30  
 stituens. Sic periit, vniuersæ Italiae paulo ante terror: ad cuius arbitrium belli & pacis in  
 ea leges & fœdera vertebantur, ingentis vir haud dubium animi, strenuus manu, ser-  
 mone promptus, serendæ inuidiæ, & seditionum artifex, raptor, largitor, in pace pessim-  
 us, in bello maiori fama quam laude. Secunda sæpe fortuna vsum aduersa ad extre-  
 mum exercuit. Superi præsentī interitu superioris vitæ & scelerum iusta exegere pia-  
 cula. Notatum à curiosis hominibus intra dicecesim Pompelonentem occisum, quo pri-  
 mum episcopatu fuerat donatus, atque ipso quo eius possessionem inuit nemp̄ magni  
 Gregorii festo die. Vnicam filiam reliquit penes matrem atque auunculum Vasconum  
 Regem. Eo quamuis incommodo accepto mæstus premebat obsessos rex certus do-  
 lorem, rebellium malo vindicare & suis copiis & iis auxiliis equitum peditumque, quos 40  
 è Castilla Magister equitum miserat. Contra Anagari Dux cum manu militari ad Vasco-  
 num fines accessit Lerini Comiti pro necessitudine laturus opem. Ipse quin etiam Cæsar-  
 augustanus Præsul delectus habere inuitiuit certa voluntate eundē tuēdi, qui in Ferdinādi  
 patris clientela erat, porro sororis regis coniux. Verum hæc omnia vt in alieno periculo  
 lente administrata, Sic Vianæ arx obsidionis fœssa malis necessario facto fœdere deditio-  
 nem fecit. Rex quoq; cum copiis quæ ad sexcentos equites octo millia pedites excreue-  
 rant, regem impugnatum inde abiit, regio Castellæ consilio Vasconū motus curæ erant.  
 Iis pacandis missus Lupus Cōcillus arcanorum reginæ particeps eius verbis Vasconum  
 regem obrestatum vt legibus potius cum Lerini Comite disceptaret, quam vi & armis.  
 Trimestres si essent induciæ, eo spatio controuersias omnes præsertim Ferdinando  
 rege appulso & disceptatore pacatūri. Clementiæ laus tunc maior, cum iræ causæ iustif- 50  
 simæ. Quid pacem importuno conatu turbaret, & cum Vasconibus Castellæ vires cōmit-  
 teret iniuriam non dissimulaturæ? Negauit rex passurum se amplius vt vnus hominis  
 importunitate vniuersa gens turbaretur scissa in partes. Neque fas esse neq; honestum  
 prauos conatus, vilius Principis ope regi, impunitate audaciam & scelerum confirmari  
 licentiam. Daturum quidē fonti & extrema merito veniam, si modo coram peteret sup-  
 plex, Lerinoque tradito & filiis vt in eius obsequiis versarentur, ipse vniuersi regni fini-  
 bus in omne tempus abscederet, in vltimas terras diras secum & furias portaret.  
 Hæc agebantur; neque is rex tamen cessabat Comitis ditionem occupare. Dedita

- Raga aliaque circum oppida sunt. Intra Lerinum quod vnum oppidum supererat cum filiis & clientibus extremam iam spem Comes sustentabat, quibus viribus? qua fiducia? animi obstinatio rapiebat in præceps. Breui enim id quoq; oppidum ad cætera accessit facta deditio. Comesq; bonis omnibus euersus ne pago quidem exiguo relicto, profugus in Castella primum deinde in Aragonia sine late familiari vagari necesse habuit aliena ex misericordia inopem vitam sustentans, quasi in patria tranquillam & beatam ætatem exigere potuit. Is fuit contumaciæ fructus. Ducis Anagari patrociniū non parum obfuit, quoniam multorum inuidia flagrabat, vt ab equitum in Castella Magistro ac cæteris Ferdinādi nomini addictis in periculo desereretur, adiuto quin etiā Vascone.
- 1<sup>o</sup> Sic vnde opem sperabat perniciēs certa extitit. Commodè tamen cecidit Castellæ rebus Anagari Ducem bello Vasconum distentū à turbanda prouinciæ tranquillitate tantisper quieuisse. Eo amplius quod Beneuentanus ad Ferdinandi partes accessit militiæ sacre præfectura quadam commendata & quingentorum aureorum vectigali annuo è regio fisco concessa. Præterea Villalonio gentilitio municipio nundinas cōcedendi, quod præ cæteris expetebat, facta porro spe. Begiatis quoq; Dux expugnatus est, quæcūq; exoptabat promissis. His duobus proceribus adiunctis ad reliquos, pars quæ Ferdinando studebat, eiusq; reditum optabat, validior esse ccepit: aduersa debilitari penitusq; concidere in causâ quam superi hominesq; improbarent. Pestis lues Turrecrematæ inualuit: quod malum late diffusum hoc anno vehementer afflixit vniuersam Hispaniam. Superior anonæ angustia famesq; effecerat vt herbis plerique & fædis carnibus victitarent. Ciborum insalubrium noui succi morbos vulgauerant, qua tabe mortales innumeri perierunt. Nullis idoneis remediis campi, plateæ & domus strata cadauertibus erant, nullo qui efferret; metus & periculum animos efferauerant. Ac ne erant qui ægrotis assiderent: notis ignotisque imminētis facies mali misericordiam abstulerat. Fædus annus atque ad memoriam insignis. Eo periculo Regina Fornellos abiit pagum exiguum, neque ab eo municipio distitum amplius quatuor passuum millibus. Ex iis locis non discedere deliberatum erat, antequam pater veniret. In regium consilium redire qui matre superstitē eo fugebantur munere iusserat: qui deinde accesserant viri nominatione amoueri. Sic Gientensis Episcopus domum abiit. Noui consiliarii quorum hæc sunt nomina, Aguirre, Guerrerus, Abula, atque Alfonso Castella id mutari mandatum contententes, summa diligentia nihil præstitere tamen. Sic Angulus, Vargas, & Sapata pristinum dignitatis locum, vnde erant deiecti, recuperarunt. Arcis Segobienensis obsidionem Moia Marchio vrgere non destitit. Propugnabant milites prædiiarū supremo conatu. Verum continuo sex mensium labore fracti & cuniculis subterraneis parte arcis euersa Idibus tandem Maii supplicum velamentis pro muro explicatis ex pacto venia data, verba dedentium arces pronunciarunt. Sic Marchio arcem iniuria ablatam recepit & suis viribus & ope primum Alburquerqui Ducis, qui obsidioni interesse voluit, deinde Magistri equitum, Albani, Antonii Fonseca missa à singulis militari manu. Ac fere qui Ferdinando Regi studebant, ii Ioanni Emanuēli infensi Marchionis conatus subleuarunt.
- 4<sup>o</sup>

*Cæsar & Ferdinandus de Castella procuratione disceptant.* C A P. VII.

CÆsar's legati Neapoli restiterant. Ab iis magno studio curatum vt Cæsar & Ferdinandus inter se viderent. Venturum Nicæam Cæsarem urbem in ora Liguriæ, aut Ferdinandus Romam accederet, de qua ille cogitabat profectio ad imperii coronam. Die vno corā facilius conuenturos, q̄ multo tempore si per alios condiciones ferantur. Regi Catholico stabat sententia colloquium detrectandi. Eam voluntatem vt specie aliqua honestatis velaret. Illud præcipuum Castellæ res fluctuantes eam moram non pati,

5<sup>o</sup> quæ aliquot mensium necessario futura erat. Hoc accepto responso legati coram contestati sunt, ne in Castellam rediret, nisi prius iis controuersis compositis. Alioqui Cæsarem quoque venturum. Si quid ex eo incommodi existeret, penes eum culpam futurâ, qui auctor extitisset, mali causa præcipua. Ea denunciatione etsi belli potius minæ quam pacis voluntas exprimebatur: visum est tamen vt cum legatis Gonsaluus, adiunctis qui à cubiculo regio, & qui ab epistolis erat de iure vtriusq; Principis disceptaret: si qua via se daret concordie fanciendæ. Eo instituto colloquio multa ab vtraq; parte dicta sunt vt in lite omnium grauissima. Præcipua fundamenta, quibus Ferdinandi causa incumberebat, ad tria capita reuocantur. Patrem esse ac proinde Regine tutorē ex legū omnium præscripto. Id ipsum Regine placere: cuius voluntatis multa extarēt documēta. Præterea

Isabellæ Reginæ testamēto & volūtate nō aliter fuisse sancitū. Quid nouis decretis certifi-  
 ma iura mutarēt? qd in re minime dubia lites importune mouerēt? Hæc pro Ferdinando  
 valida haud dubiū & illustria argumenta. Sed & Cæsari nō minora suppetebāt neq; infir-  
 miora præsidia. Regina valetudine impedita res in Carolū filiū translata: in cuius tutela  
 nemo auo paterno potior erat, omnib. ipse inito posteriori cōiugio Ferdinandū tutelæ iu-  
 re decidisse p̄sertim fide Isabellæ cōiugi perpetui cēlibatus data. Quod vt negaret, cōstare  
 plane nunquam ipsam Castellæ procurationē fore delegaturam testamento, si nouis nu-  
 ptiis se implicaturum putasset. Denique proceribus, vt ipse rebus imponeretur rector nō  
 placere: neque verum esse eo conatu nullo gentis consensu turbare remp. dare male co-  
 gitantibus arma. Plura alia in vtramque partem præsidia sunt producta: his tamen præ- 10  
 cipue vtriusq; causa continebatur. Ventum ad conditiones concordia. Cæsaris legati  
 quatuor & viginti hominibus rerū Castellæ curam delegabant. ita tamen vt ex eo nume-  
 ro Cæsar sedecim nominaret nihilominus, octo Ferdinandus sacerdotiorum, quæ ad re-  
 gium ius spectant, & magistratuum pars tertia arbitrio Ferdinandi Regis relinqueretur  
 reliqua gubernatorum delectui. Vectigalium regionum quarta eidē cederet, tres quar-  
 tæ Reginæ. Præterea Caroli Principis ad stabiliendam successionem, regni arces omnes  
 Cæsaris nomine & sacramento tenerentur. Grauiissimæ conditiones rebus turbandis op-  
 portunè magis quam constituenda pace: Additum, vt procerum nonnulli filii atq; è re-  
 liqua nobilitate principes in Belgas missi in Caroli obsequiis & aula versarentur, vna  
 crescerent, mutua inter ipsos & cum Principe benevolentia alimentū. Ne cuiquā Phi- 20  
 lippi Regis partes esse secutum in posterū fraudi esset. Iura Neapolitani regni ita à Ponti-  
 fice confirmarentur, ne Caroli Principis in eo imperio turbaretur successio. Horū qdam  
 tolerari poterant: alia neq; concedi fas fuisset, ac ne multis quidē annis cōsensu partium  
 cōponi. Ita Ferdinandus concordia spe abiecta, se ad profectioem cōparare, nihil ter-  
 ritus nouo Cæsaris conatu denunciatione q; Missus Neapoli in Germaniā Bartholomæus  
 Samperius paulo ante ingenium & industriā in regia probarat. Cæsar idoneum hominem  
 nactus qui sua mandata perferret, Ferdinandum suis verbis obtestari iussit ne in Castel-  
 lam rediret nondum controuersis inter ambos diiudicatis, si secus faceret minax. Ve-  
 rum Rex in consilio perstans abeundi, misit prius Romam qui eius nomine obsequium  
 Pontifici deferrent. Ii fuere Bernardus Dezpuchius Montesiæ Magister, Antonius Au-  
 gustinus, & è Valentina nobilitate Hieronymus Viquius, cui præterea legati ordina- 30  
 rii in ea curia partes implere mandatum est, in locum Francisci Rogii eatenus eo functi  
 munere cum dignitate. Dato legatis senatu pridie kalendas Maii Antonius Augustinus  
 eleganti & accurata oratione eius officii moram excusauit multis enatis impedimen-  
 tis susceptā necessario. Deinde obsequium obtulit viresq; vniuersas sui regis ad proflig-  
 andā nequitiam sacrosanctæ ecclesiæ dignitatē tuendam aduersus omnium hominum  
 conatus. Benigne Pontifex, si animus vultu æstimaretur, ad hæc respondit læta & placi-  
 da fronte. Benevolentia argumento rosam auream nocte Christi Dei natali prece ex li-  
 bris pontificalibus sacrari solitam de manu tradidit Regi ipsorum perferendam amoris  
 sui pignus. Ex arcano quoq; Gonsaluū inuitabat, si ecclesiæ copiarum Dux esse vellet  
 bello quod aduersus Venetos meditabatur, gratiam meritis fore parem. Eundem hono- 40  
 rem deferēbant Veneti, si eorum auspicia sequi malet. Ea enim suscepta de eius virtute &  
 felicitate opinio erat, vt secum ferre victoriam persuasum omnibus esset, in quamcunq;  
 partem inclinaret. Honestissimas conditiones arte occupauit Ferdinandus promisso ei  
 rursus Diui Iacobi magisterio. Et ne verba viderentur inania rebus vacua, Antonio  
 Augustino, cum Romam est missus, mandauit, vt à Pontifice impetraret potestatem  
 Archiepiscopis Toletano & Hispalensi, atq; Palentino Episcopo esse, ipsius cessione eū ho-  
 norem in Gonsaluū transferendi cum primum in Castellam ventum esset. Id ne con-  
 tinuo faceret multa impedire: ac præsertim tumultus se absente ne propterea existerent  
 non sine causa vereri. Pontifex vt continuo regis cessione Magisterium Gonsaluo da-  
 ret, facile adducebatur, vt aliis antistitib. vicariam ad id delegaret potestatem persua- 50  
 deri non potuit. Sic in præsentī dilatus honor est non sine suspitione Regis artibus vi-  
 rum insignem ludibrio habitum, quo ex Italia ea fraude deduceretur. Opinione vulgo  
 susceptam confirmauit euentus nunquā eo dato honore, ac ne aliis quidē p̄miis. An-  
 sum in timore benigni, post victoriā parci: quod vitiū late patet, & est in multis. Tameñ  
 iam Sueffiæ & Terranouæ Dux erat, ac Magister equitum Neapoli amplissimi honores si  
 ex se considerentur, si cum virtute & meritis tanti viri cōferantur tenues proffus & mo-  
 dici. Fædere cum Gallo icto Ferdinandi animus sollicitus erat, verentis nulla ex Germa-  
 na cōiuge prole ne per conditiones imperium Neapolitanū ad Gallos rediret. Ea cura  
 Rho-

Rhotomagensem Cardinalem expugnare est aggressus in pontificatus maximi petitione opem omnem pollicitus, si id esset eius opera & auctoritate mutatum. Et erat comodus iure & legibus cum Gallo disceptare quando Caroli Principis & Claudie retractato coniugio, contra superiora pacta Mediolanum & Armoricos puellae dotales principatus ablato compensari equum videretur inducta conditione de regni Neapolitani successione, preferim dubia neque tanti. Controversiarum potius fontem posteris perpetuum meliori censura adimendum videri. Verum his postulatis surdas aures Rex Gallus praebebat, offensus sacramento quod Ioannae Reginae & posteris Neapoli dictum erat, nulla Germanae ex sorore natae mentione contra quam in superiori fœdere cauerant, haud dubium  
 10 mutatae voluntatis & fidei argumentum.

*Ferdinandus discessit Neapoli.* CA P. VIII.

Cypriebat Ferdinandus quam primum se in iter dare, gnarus ad res Castellae pacandas, prauos multorum conatus frangendos quanti si adesset futurum: Festinanti omnis mora erat grauis. Verum Neapolitanæ rationes retardabant nondum plane compositæ. Regni eius iura possessionemque diplomate à Pontifice, ut moris erat, impetrato stabilien-  
 di prima & maxima cura erat. Agebat id diligenter Hieronymus Viquius legatus: magno  
 20 tamen labore & diligentia parum promouebatur. Annuebat quidem Pontifex Regis po-  
 stulatis, sed cum eo si Hispaniæ viribus & copiis Fauentia & Ariminum Venetis eriperentur in Flaminia iniustis plane ac violentis possessoribus. longæ eque molitiones erant. res ar-  
 dua. Cum Castellae res nullam paterentur moram, eo festinare quacunque ratione de-  
 cernit. Sub protectionem tamen fidei atque innocentiae Gonsaluo testimonium de-  
 dit tabulis publice in eam sententiam confectis: maiores prædicatione hominum fa-  
 maque res ab eo perfectas fuisse, integra semper fide. Earum tabularum exempla testatio  
 descripta in omnes partes missa sunt: si qui secus fuerant temere suspicati, ea præclara te-  
 stificatione omnem dubitationem animis eximerent. Venerat Neapolim Ioannes Nu-  
 30 cæus Siciliae Prorex. Hunc propter eximiam fidem excellentesque virtutes Neapolita-  
 num Proregem designarat Gonsalui in locum. Verum eo ante Regis protectionem &  
 filio eiusdem nominis, qui iam Aragoniæ Iustitia erat, intèpestiue defunctis, locum tenuit  
 Ioannes Aragonius Ripagorsæ Comes: quem Regis propinquitas quippe ex eius fratre  
 genitum magis quam aliæ virtutes subleuabat. In Siciliam Raymundus Cardonius est  
 missus, qui remp. gereret vicarii generalis indito nomine. Proregi consilarii de rebus  
 supremis bello paceque adhibiti Andreas Caraffa Sanseuerinæ Comes, nobile illi genus  
 & bello paceque clara origo: tum Hector Pignatelus, Monteleonis item Comes, & Io-  
 40 annes Baptista Spinelus detracto conseruatoris nomine, quod dederat, in ea gente inui-  
 dioso cum primis & graui: Adiecit mandata Columnios & Ursinos proceres omni cura  
 complecterentur. Bartholomæo Liuiano ditio restitueretur annuaque vectigalia ad ob-  
 sequium modo retracto. Ad reliquas militares copias ducenti è nobilitate delecti equi-  
 40 tes, qui Continuorum nomine versarentur in Proregis curia centum & quinquaginta  
 aureorum annuo singulis stipendio. Venetos pacare supererat, quoniam de Regis volun-  
 tate dubitabant. Missus est eo studio Philippus Ferrerius qui ordinarii legati nomine &  
 munere in ea vrbe fungeretur. Rebus ad hunc modum compositis pridie Nonas Iunii  
 die Veneris cum sedecim triremium classe è littore Neapolitano Rex soluit, abducto se-  
 cum Magno Gonsaluo, ut fama tulit, propter affectati regni suspensionem. Onerariæ plu-  
 res in speciem numerosæ classis ante dies octo discesserant ductore Petro Nauarro. Lu-  
 sitania opima pace, opibus & fama florebat immortale decus vniuerso orbe consecuta.  
 Cælo datum beneficium eo Rege sceptrâ tenente, quo nullus præstantior esset pru-  
 dentia atque animi magnitudine, præterea felix numerosa pulchraque prole. Regina  
 50 quoque Nonis Iunii filium Olisipone peperit, cui Ferdinando nomen fuit, breuis ætas: in  
 adolescentiæ flore raptus diu præstantium virtutum specimen præbere non potuit, quas  
 eximia indoles & litterarum amor polliceri videbatur. Lusitano Regi Castellæ proceres  
 nonnulli ac nominatim Villenius rerum in ea gente procurationem deferebant. Ad  
 disturbandum Ferdinandi Regis aduentum is conatus pertinebat. multorumque mentes  
 is morbus inuaserat, nec deerant sermones passim Ferdinandi senium & auaritiam in-  
 crepantium. Verum Lusitanus cum suarum rerum periculo quantum iis procerum pro-  
 missis fidendum esset non satis statuebat superioris temporis memoria & exemplis cau-  
 tior. Ex arcano tamen Castellæ rebus admouere manus oppido cupiebat: mutuo filiorum  
 cum Reginae filiis coniugio, tutelâ Caroli generi rerumque procurationem obuenturam

vltro cogitans. Et erat commodissimum Indico commercio Africanisq; expeditionibus. Castellæ opibus tenui censu Principem subleuari, ea cura potestateque suscepta. Si id non contingeret Cæsarem in Castellam euocare quasi iure concessum ac legibus sanctum, fixum animo deliberatumq; habebat. Ad quod Rex quoque Vasconum inuitabat, vsque dum transitum per prouinciam offerret magno itineris compendio. Sane ambos Reges Ferdinandi felicitas perpetuo vrebatur, perpetuum Principum malum. potentissimi Regis vicinitas molesta atq; intoleranda videbatur. Sed & Vasconem metus proprie sollicitabat, non quieturum Ferdinandum nisi eo regno occupato. Seu præfagit animus vrgentem calamitatem atque instantem, seu ex conscientia iram veritus. Sed & à Castellæ proceribus factiosis Cæsarem ad capeßendam remp. prouocatum se in viam dare, atque in Hispaniam traicere deliberatum habuisse litteræ argumento sunt, quas ad Emanuelem dedit Constantia, vbi imperii conuentus erant, hac sententia. Aliis litteris significauit fixum mihi esse in Hispaniam proficisci, Carolumque nepotem mecum ducere. Equidem Reginae filiæ maiestatem tueri aduersus prauos hominum conatus, Principis imbecillam ætatem tegere, eiusque successionem consulere meo labore æquum arbitror. Eo festinatio maior erit, quod quædam in ista prouincia nouari nunciatum est. Intra quatuordecim aut quindecim dies in Belgas ipse discedam, vbi nepos Carolus agit. Interim parabuntur iussu meo, quæ ex vsu Hispanicæ profectionis erunt. Itaque, vt communicatis consiliis cum oratore nostro, aliisque proceribus qui Principis partes sectantur, quod hæctenus fecistis mea causa diligentius curetis hortor & mando, detis operam ne in Reginae libertatem, aut Principis successionem quidquam insolenter committatur. Certe id mihi fore curæ credite ac vero nostro aduentu ne sine fructu vester labor contingat effecturum ac potius vt culturæ fidei ea gratia sit, quam extincti filii in vos perspecta beneuolentia, vestraque obsequia videntur postulare. Vale Constantia nostri imperii. vrbe pridie Idus Iunii anni milis. quingentesi. septimi.

*Regum Galli & Catholici colloquium. CAPVT IX.*

**R**EX Gallus in Italia agebat Alpium fauces ante aliquot menses cum validis copiis transgressus. Genuensium motus pristinae libertatis spe Gallici imperii odio graues & incitati, veniendi necessitatem imposuere. Anni enim superioris sine plebs in nobilitatem incitata correptis armis lilia Gallia insignis ex locis omnibus erasere. Commoti populares nunquam in vno gradu resistunt. Ducem ex infima plebe Paulum Nonum ex lanas inficiendi arte ad rerum fastigium euexere. Iis motibus incitatus Gallus numerofo exercitu præmissis, ipse paulo post præcedentium vestigia subsecutus tumultuantes compeßcuit. Locorum vicinitas inuitauit vt Reges inter se consilio communicato videre vellent. Sauona in ora Liguria vrbs, colloquio idonea visa est, Regis Catholici nauigatio lenta fuit. Aduersæ tempestates Caietæ in Romano littore atq; in Hetruria ora aliquandiu detinuerunt. Genuam tandem ad sextum kal. Iulii peruenit incolumi classe. Gasto Fuxensis Regem auunculum atq; sororium excepit cum quatuor tritemibus obuiam factus exitia indole formaque adolescens. Hospitis aduētum Gallus Sauonæ morabatur. Petri Apostoli peruigilio sublatis è portu Genuensi ancoris egressus est Ferdinandus. Genuæ Sauona finitima est exiguo distita interuallo. Ita eodem die accedentes Regem & Regina ad littus progressus Gallus splendido accepit apparatus. In mutuos complexus itum, iunctæ dextræ, saluatio facta ingenti tum vtriusq; Principis tū omnium, qui insigni spectaculo aderant, lætitia. Sub umbella duo Reges & Regina in vrbis arcem deducti sunt hospitio Hispani designatam. Maior vt honor esset Gallus relicta arce ad Episcopi ædes diuertit. Die postero qui diuo Petro sacer erat, vna operati sacris sunt insigni apparatus. Aulici vtrique splendenti cultu & vestium pretio superbi Hispani præfertim spoliis Neapolitanis insigni elegantia. militum phaleræ torquesque splendebant, militari habitu ferociam cuncti spirabant. Ea nocte Regina apud Regem auunculum conuiuio excepta est, cum Ferdinando Rege Cardinales duo cænarunt. Diuæ Præcedis à Pontifice ad Reges de rebus magnis legatus, & Rhodomagensis in Gallia item ab antiquo legatus. Die proximo duo Reges canæ Magnum Gonsaluum tertium adhibuere. multo præterea verborum honore & benignitate callus est cõplexus, virtutem, felicitatē, bellicæ artes etiam in hoste miratus, clarissima victoriarum monumenta vbiq; relicta. Tandem cum Obenigno Ferdinandus præstitit. atq; ita vt Venafram oppidum, qd Comitiss nomine in regno Neapolitano initio belli obtinuerat, sibi is ex tanta benignitate polliceretur spe præpropera falsus. In eo congressu multa sunt agitata, illud præcipuū. Aduersus

Venetos, de quo antea actū erat, arma viresq; fociare arcano omnia ne prodita in vulgus vim perderent. Soluta conuentu repetitaq; nauigatione Ferdinandus in Hispaniā discessit. Prolixa rursus inde nauigatio fuit aduersæ atq; importunæ tempestates. Ita non ante quartum Idus Iulias ad Cadaquium portum in ora Catalaunię classē intulit. Pestis lucē contractu grassabatur. Vitando periculo non prius cessatum, quam ad littus Valentinum ventum est omnino ad tertium decimum kalendas Augusti, quo cum cæteris nauibus ante decem dies appulerat Petrus Nauarrus. Magni honores in ea vrbe aduenientibus Regibus sunt habiti commemorantibusque. Regina sub vmbella excepta deductaq; in arcem. Qui honos veteri instituto Regibus primum eam vrbe aduentibus haberi consuevit. Ferdinandi reditu nunciato Castellæ mōtus quierunt. Metus nonnunquam quam gratia potentior est. Ipse quoque Villenius posita contumacia obsequium detulit promissa ipsi compensatione, ac vero restitutione omnium quæ iniuria fuisse ablata dati in causa iudices pronunciaissent. Necessitate expressum officium quamuis, gratum tamen in primis extitit. Vreniæque Comes operæ Villenio patrueli satando nauatæ præmium tulit Carmonæ arcis præfecturam, quam sui iuris esse & superiori tempore iniuria detractam conquerebatur. Assidonio item pro vrbe Heraclea, quam sui iuris putabat, spes compensationis iniecta est interprete Magistro equitum data in præsentī pecunia aut in posterum annuo è fisco regio vectigali in omne tempus designato. Toleranus rebus omnibus pro virili parte iuuabat lætus ad alia quę Ferdinando dono antea acceperat, honore purpuræ à Pontifice eo annitente concessę, præterea Inquisitoris generalis in Castella & Legionē cura data Hispalensis cessione: vt indicio sunt litteræ a Ferdinando priusquam Neapoli discederet, ad Toleranum in eam sententiam datæ: quarum exemplar autographum Compluti seruat in Diui Illelonsi collegio eius opera & impensa in eo municipio constructo magnifice. In Aragonia Inquisitoris generalis munus & nomen Ioannes Enguerra retinuit regis conscientiam per confessionē solitus expiare. Iis proceribus in partes attractis cæteri fere ac vero prouinciales vniuersi quiesuerūt. Offensionis & tumultus sæpe causas remedia nihilo maiora sunt. Illud aduerso rumore fuit, ac passim improbatū, quod Alfonsus Fonseca Compostellanæ ecclesię est præfectus iuuenis ardenti ingenio moribus non satis probatis fauor Principis pro eruditione & virtutibus fuit. Eo maior fæditas quod in patris locum successit, ea causa Alexandrini Patriarchæ tunc renunciati, inanis vmbra dignitatis & sine prouentu nomen. Nouum exemplum & prauum amplissimam ecclesiā a patre in filiū quasi hæreditate transferri eumq; spurium, contra omnes honestatis leges. Verum patris in Regem merita eximia extiterant, rebusque turbatis multa præpostere fiunt, ipseq; Alfonsus iunior regis iter in Italiam profecutus eius gratiam promeruerat actionum elegantia ingenii dexteritate apparatusque & impensa principali. Sic iuuat facti insolentiam ex parte aliqua excusare, ac præsertim Regis pœnitentia subsecuta ac per totam vitam conscientiam sollicitate. Et quis est regum in tanta rerum varietate, tanta licentia, qui non peccet in aliquo? In aliquo tantum & non potius in multis labatur. Dux Anagari & Ioannes Emanuel supererant noxa maiori, nulla veniæ spe, eoque maiori contumacia. Accessit recens ad eum numerum Lemosii Comes noua offensa irritato rege. Occupauerat in Calæcis Ponterratam regię ditionis municipium, & Villafrancæ contributos pagos & agrum magna ex parte. Ad ipsius ius ea pertinere disputabat. Quod legibus petere debuisset, allata vi in crimen maiestatis vertit. Fornellis, vbi regina tunc agebat, de frænanda Comitris audacia actum. Consilii regii decreto atque ex Tolerani & aliorum procerū sententia Albano & Beneuentano ea cura est demandata. Delectu illi habito, bis mille equites, pedites tria millia contraxere facinus vindicandi voluntate. Brigantinus opem Comiti laturus videbatur Dionysii fratris suasu, cui Comitris filia & hæres iuncta coniugio erat. Destitit tamen à rege Lusitano monitus pro imperio: Tolerano quoque suauit vt iuris certamen expetente Comite discederetur ab armis. Comes ab omnibus desertus præsertim ex quo Ferdinandum appulisse Valentiam cognitum est, metuq; maioris mali, Ponterrato aliisq; oppidis quæ occupauerat, restitutis arma posuit obsequium cū securitate, arrogantię cum periculo præferēs. Ioannes Emanuel eius factionis facile princeps destinata voluntate in Germaniam abeundi, & in Belgas, quo præcesserant Vile Veriusq; reguli aliiq; ex ea gente Philippi regis antea asseclæ, Burgensem arcē Anagari Duci, Gienensem Egabri Comiti custodiēdas cōmendauit. Appulso Valentiam rege hæc gerebantur: simul ex Africa nuncius venit, regię aulicorum cohorti Præfectum Mazalquiuito cum ceterum equitib. peditib. ad tria millia maiori ex parte ex eorum numero, qui Neapoli venerat, in fines Tremesinos irrupisse: vastatusq; latissime hostiū agris cū ingenti abacta pda

hominum pecorumque rediret, non procul Orano à Tremefenio Rege & innumera Maurorum multitudine, qui abeuntium vestigiis institerant, facta pugna fuisse victum. Cessit virtus numero. E nostris præda omni ablata plerique in pugna ceciderunt versi omnes in hostes. Ea cura etiam morientibus honesti exirus fuit. Præfectus cum septuaginta equitibus cuneo facto per medios hostes erupit Masalquiurumq; abiit. Quadringenti tantum fuga euaserunt nocte & vicinis syluis tecti, captiuorum par numerus. Conturbauit ea strages Hispaniæ gentis animos. Ferdinandus quoque eo percitus nuncio aliquot actutum triremes misit Masalquiuiro auxiliares, si opus esset & vim Mauri pararent. Neapolitani interea milites otii impatientia per prouinciam dispersi vi & stupris, & rixis cuncta polluere. Plerique ad rapinas conuersi. In eo numero Dieghus Garfias Paredius, vt erat vasto animo, audax & promptus piraticam exercere constituit largus priuatim, quod rapinis suppleret. Idem fecere Dieghus Aguaius & Melgaregius. Habendi cupiditas idonea iniuriæ faciendæ causa videbatur: Hoc discrimen inter utrosque: quod Paredius ad Orientis oras profectus de hostibus Christiani nominis prædas agere institit, minor ea noxa. Duo alii ad AEnariam insulam statione delecta promiscue, quicunque iniuriæ opportuni erant, eos spoliare fortunis & vita, ex aliena calamitate opes captantes propria & totius gentis inuidia. Missus à Prorege cum militum numero Michalotus Prateus domo Catalaunus rei bellicæ & nauticæ imprimis peritus piratas ob Beluederium nactus oppidum Bisiniano contributum captis biremibus interiora prouinciæ fuga petere coegit. Victoriæ lætitiâ inopinatus casus conturbauit. Subita ventorum vi naui, qua velicabatur oppressa periit, nullo qui morti eriperet quamuis multis è vicino littore cladem prospicientibus. Magnum rerum ludibrium conuersionemque. Violentia fluctuum compage laxata asseres interfluens vnda submersit nauim. Ipso tempore Alfonso Alburquerqueius superiori anno cum Tristano Acunio missus è Lusitania ad Orientis oras Francisco Almeida successor, virtutis specimen præbere cupiens, ratus vt prima cessissent secutura alia, ex itinere Ormutium occupauit. Insula nobilissima ea est ad sinus Persici fauces, angusta quidem spatiis ac sedecim modo millium ambitu, tenui gleba, nulla aqua, æstu vehementi, frugum egens ac omnis amœnitatis: gemino tamen portu Orientis commercio idonea, atque ex eo omnibus quæ ad victum cultumq; necessaria sunt, quod caput est diuitiis auro, & argento gemmisque beata, & cum primis Orientis celebritate & mercatorum frequentia comparandum emporium. In Africæ item littore, quod Oceanus alluit Lusitani Mauris abstulerunt Saphinum urbem copiosam, latam spatiis, incolarum numero frequentem, quondam Regi Marrocio subditam, tunc in iure & mancipio reguli peculiaris.

*Rex Catholicus Reginam filiam inuist.* CAPVT X.

Germana Regina Valentie substitit rebus gerendis pro viro vicaria, breui tamen in Castellam itura. Petrus Nauarrus eum militum cohortibus, eorum qui in classe venerant, præmissus est Almasanum versus ad Castellæ fines situm oppidum. Subsecutus est Rex ad tertium Idus Augusti. Processere obuiam Cæsar Augustanus Præsul officio in patrem incitatus, Medinæ Celinæ & Alburquerqui Duces. Eo comitatu ad reliquam aula cohortem adiecto Montacutum primum Castellæ municipium peruenit ad duodecimum kalendas Septembris. Inde Almasanum Arandamq; itum est. Toto itinere proceres & Episcopi visendi studio & officio in Principem incitati salutatim accedebant, quidam metu, multi per adulationem, plerique ne aliis euntibus ipsi subsisterent festinationi studentes offensas priores tegere: ii quanto magis ficta erant obsequia, tanto magis plura beneuolentiæ argumenta præbere. Regina Fortellis hærebat incommodo satis hospitio: neque vt abscederet induci potuit, quamuis templi contignatione fortuito igne incensa: atque ita vt Philippi viri corpus necessario in regiam fuerit inde translatum. Nunciato tamen patris aduentu ex eo pago tandem digressa Tortoles abiit vicum Arandæ vicinum. Rex quoque Villaelam discessit duorum milliū à filia interuallo. Sic Sabbatho quinto kalendas Septembris precibus vespertinis operatus Tortoles petiit. Processere obuiam Magister equitum & Villenius aliique proceres è reginæ comitatu: præterea Toleranus, Pontificius nuncius cum aliis Episcopis cuncti ex ordine vultu ad lætitiâ composito dextram osculis more gentis appetere. Ventum ad paratum hospitium, vbi Regina patris aduentum expectabat. Ad eius aspectum cucullo, quo tegebat caput detracto se ad eius pedes osculatura deiecit. Rex detecto capite genu ad terram flexo prostratam erexit. Amplexati inter se aliquanto spatio in domus cœnationem cōcessere.



Duabus amplius horis in colloquio decursis Regina reuerſa in Regiam eſt, quo Rex pater die poſtero illam inuiſit. Remotis arbitris qui inter eos ſermones extiterint cognoſci certo non potuit. Ex Regis tamen in diſceſſu hilari & placido vultu ſuſpicati homines ſunt de Regine valetudine melius quam antea, regnique procurationem illi demandatſe. Eam opinionem euentus cōprobauit rebus continuo ad arbitriū compoſitis, creatis vti viſum eſt magiſtratibus atq; miniſtris aliis. Septem dies in eo pago morati octauo ad Diuę Marię Campeſtris fanū proceſſere. In eo oppido ne purpurę honor haberetur Toletano à Pontifice datę Regine interceſſione factum eſt, nefas fore negantis quo ipſa loco eſſet viduata viro, oppreſſa luctu, lætitiã vllam celebrari. Sic Mahamudii cæremonia

10 peracta eſt, oppido exiguo apparatu principali ac celeberrimo. Auctus honor nomine, nã Cardinalis Hiſpaniæ dictus eſt: quibus D. Balbinę titulus Romę fuerat adſcriptus. Aderat in curia Andreas Burgius pro Cęſare legatus ſagax, callidus, promptus ad ſimulanda negocia altitudine ingenii mirabili, ea audacia vt poſt Ferdinãdi aduentū non dubitaret tamen ſolicitare, prehẽſare ſingulos proceres, quos idoneos gratia aut offenſa putabat, vt Cęſari rerum arbitrium deferret. In quo etſi dignum ſupplicio facinus cōmiſiſſe viſus eſt, ius tamen gentium valuit vt inuiolatus eſt curia dimitteretur. Species præterita facto referendi in Germaniam datis ipſi mandatis reſponſum. Adiunctus itineris ſocius Ioannes Albion cum nouis Regis & Reginę nomine ad Cęſarem mandatis precantium, cum deinde legatum mitteret, qui publicę tranquillitati magis ſtuderet: reip. turbationem vtriſque fore noxiam, importunas molitiones periculo non vacare. Simul magiſtrum equitum, maris Præfectum, atque Albanū inter ſe conciliare ſublatis mutuis offenſionibus

20 aggreſſus eſt. Ingens conatus neque fructus pœnitendus, quando vna opera ſibi eos proceres ea auctoritate & opibus obnoxios præſtare commodum erat; reip. vniuerſę ſalutare in vnam proceres ſententiam conſpirare priuatis diſſidiorum cauſis amotis. Præterea ad Bæticę motus animum retulit, vbi non minora diſſidia vigeabant. Ac Cordubę Prieghi Marchio Dieghi Oſorii Prætoris apparitoribus & miniſtris faſces per vim ademerat. Vbedę factioſi ciues Molinę dicti multa turbare Antonii Manrici fauore ſuperbi, qui Anagari Ducis propinquus eius partes ſequebatur, Hiſpalis quieta nihil magis erat. Obitu Ioannis Aſſidonię Ducis Petrus Gironius Vrenię Comitis filius amoto Henrico defuncti filio Mariam vxorem ſubſtituebat opimi principatus hæredem & ipſam extincti filiam neque ex alia matre. Ad tantos motus pacandos vi-

30 ro & gubernatore opus erat. Cantabrię & Calæcię portus muniti magna cura ſunt aduerſus omnes caſus. Aczemofii Comiti, & Fernando Andradio magnis in Calæcia opibus & clientelis turbidos ex vniuerſę prouincię finibus diſcedere mandatum eſt. Par cura adhibita Gaditano Heracleę & Malacę portibus muniendis, ac quoniam Mauris indigenis diſſidebatur, effectum vt oppida omnia octo à mari millibus vacua incolis relinqueretur Heraclea Almeriam vſque. Pulſis eo littore Mauris veteres Chriſtianos ſubſtituere animus erat, prohibere eius gentis ſcelera, quorum propter Africę vicinitatem magna ea parte licentia erat, sæpeque Chriſtianos captiuos in eas oras

40 abducebant. Verum iſtandem conatus effectum caruit. Obtinebat Ioannes Emanuel Philippi Regis beneficio Burgenſem, Giennenſem, Placentiã & Miraueti arcēs. Præfectis mandatum vt Regi eas ſine mora darent. Burgenſi arci Præfectus Franciſcus Tamaius de ea re appellatus tempore extrahendo præter ſpecioſa verba nihil præſtabat. Digna temeritas vindicta & malo viſa eſt. Rex Burgos ire conſtituit, ſimul Petro Nauarro cura data cum militarib. copiis, quas ducebat, & tormentis bellicis eſt Medinę Campeſtris arce detractis, eam arcem impugnandi. Periculo conſiderato Præfectus arcem dedere decreuit: quod exemplum aliã continuo arcēs imitate ſunt. Sic Ioannes Emanuel omni præſidio deſtitutus propinquis lōginquisq; inſenſis, rege irato p̄ Vaſcones in Galliam euafit, inde in Germaniam iturus ad Cęſaris præſidiū. Vnus Anagari Dux ex

50 ea factione ſupererat, ſed quibus viribus? qua fiducia? quibus adiutorib. intra Anagarum ſuſtentare cogitabat, munita vrbe & militibus, quos potuit, contractis? Cæcus animi impetus in præceps egit. Et alioqui erat perſuaſum Cęſarem propediem cum exercitu & Carolo nepote in Hiſpaniam venturum. Hac ſpe Iſabellę reginę teſtamento, qua parte certe de regni procuratione ſtatuit, aſſenſum præbere, quo tempore conuentus Tauri habiti ſunt, noluit: conſequenti tempore cōſilii regii edictis non obtemperauit, ne quatuor uiris quidẽ rerum capitaliū aliisq; miniſtris curię vt regia mādāta in eius ditione exequerentur cōceſſit. Ad ea crimina delectus militares habere inſtitit, tumultusq; cōcitauit. Studio quin etiã vterius p̄greſſus, quaſi Caroli Principis vicari⁹ ſe Proregē dixit: & pro arrepta temere poteſtate, Prætorib. mādauit vti ſuo nomine tabulas edictaq; euulgaret: q̄ Vbedę certe factū eſt Antonio Manrico Prætoꝛe patriui volūtati obſequenti, partes

secuto. Impotentes conatus, priusquam altiores malum radices ageret, frenandi erant. Eo consilio quaestiones maiestatis de eo in curia sunt habitæ. Simul è D. Mariæ Campestris fano Burgos ire Rex constituit. Arcos peruentum: quo ex oppido Fernandum Stradam regis epulis præfectum ad Ducem misit arces vt traderet expetiturum fidei pignus. videret ne noua offensa si recusaret ad priores addita, maioris seueritatis necessitatem imponeret. Detrectauit ille facere quod iussum erat incommodus & molestus. Rex in eo oppido relicta Regina quoniam Burgos ire noluit extincti in ea vrbe viri memor, ipse in eam urbem abiit in vindictam intentus. Petro etiam Nauarro cū copiis quas ducebat, & regni ordinariis equitibus bellicisque tormentis vniuersam Ducis ditionem eumque capere mandauit. Intercessere proceres ac nominatim Magister equitū, Albanusque vt seueritati modus esset precantes meliora de Duce polliciti. Dux ipse metu proposito cessit, qui benignitate vinci non potuerat. Nauarreti, Treuigni, Oconis, & edicillæ, Dauallili, & ibæque arces tradidit, vti erat iussum: præterea Balmasedæ arcis regiæ datam antea præfecturam restituit. Albanus earum arcium sequester consensu designatus, atque ii Præfecti quos ipse singulis daret. Ita rex mitigato animo eorum que prius commiserat supplici veniam dedit. Neq; multo post Antonio Manrico Treuigni Comiti Ducis filio sensim eas arces reddidit atq; dissimulanter. Clementia sæpius quam seueritate reip. sanantur vulnera. Dissidiorum certe nebula opportuna benignitate, quasi solis radiis depulsis vnde sæua tempestas instabat, lux rebus reddita est & optata tranquillitas. Errant, qui in populi & procerum beneuolentia nihil opis repositum putant, omnia 20 regis metus. Itaque ad Ducem Alburquerqueum amplius promerendum de Ioannæ Aragoniæ neptis ex filio Cæsaraugustano Præfule coniugio cum eius maiori filio consilia agitata. Quod tamen connubium non coaluit: ac puella Ioanni Borgiæ Gandiensi Duci postmodum data coniux est.

*De variis coniugiis actum.*      C A P V T X I.

**C**Æsar vno tempore regibus Gallo & Ferdinando infensus Ferdinandum accusabat in Castellæ rerum procuracionem præcipitanter inuasisse controuersis cum ipso nondum compositis, neque lite diiudicata. Grauis ignominia visa est armisque vindicanda iniuria. Tria millia Germanorum vti ferebat fama, in Neapolitanos fines immittere cogitabat, quo gentem ad rerum nouarum studium concitaret. Simul vt Aragonii Cardinalis conatus iuuaret Calabriæ Duci in Italiam pertracto paternum regnum restituere parantis, præsidiiis vndique ad id obtinendum petitis præ vindictæ studio nulla nepotis cura. Neq; deerant rumores suspicioni subiicientes Magnum Gonsaluum quasi præsentium rerum tædio quietis impatientia consilii eius particeps esset filia etiã maiori nupta Calabriæ Duci. Destinare præterea Põrifici obsequi, copiarū eius & noui cõtra Venetos belli cura suscepta. Mèdacio habita fides, quoniã ad id inuitabatur annuo stipèdio aureorum sexaginta millium. Quia honestissima cõditio erat, famæ credebatur passim. Verum hæ suspicionis erant: inane prorsus quod de Cæsare ferebatur. Breui enim est intellectum vires illas, vnde rumores alebantur, velle in Mediolanenses fines & contra Venetos conuerrere: vtrisque inferre bellum. rex tamen Catholicus ex eo cattior, acriores custodias circumdedit Duci Calabriæ, ne è curia se incio posset elabi. Simul ripagoræ Comiti mandauit, vti Cardinalem Neapoli romam prorsus amandaret. Facto quidem alia præterita species est, sed rumoribus plane nulla fides habita ad id vt recurreretur, effecit. Galliæ regem ex postulabat Cæsar Gheldriæ ducem subleuare eo bello, quod Belgicis finibus importunus diu intulit. Præterea Burgundiæ fines armis vexasse, quo tempore in Italia Ferdinandus agebat, eius consilii particeps, vti ille accusabat. Ad hæc colloquium inter duos Reges Sauonæ institutum ante, suspectum monstri profecto simile aliquid allaturum credere. Coniugium Claudiam inter & Carolum toties pactum disturbari: ac ipso tempore agi de nuptiis regiæ puellæ cum Engolismorum Duce 50 dolebat dolebat scilicet impense: vbi rescuiuit impedire conatus Cardinalis & hotomagensis opera. Cæsaris votis multa patrocinauerunt. ceteris omnibus validius fundamentū, in fèdere ad Hagenau facto Mediolanensis principatus iura Gallo simul & Philippo Principi Cæsareo diplomate confirmata filiorum connubii inter eos spe certa fideque data. Coniugio disturbato indulgentiam concessam fore irritam. Ferdinando ea res curæ admodum non erat, quippe Mediolani principatus iacturam regni Neapolitani successore Carolo nepoti relicto satagebat compensare fèdus violatum, alterius fæderis mota fide. Galli aures Cæsaris postulatæ surdæ erant. Sic ille animum in Angliam reuocauit.

uit Mariam eius Regis filiam Carolo iungi cupiens. In quo eo vsque progressum est, vt in puellæ dotem designarent ducenta & quinquaginta aureorum millia: diem & locum celebritati nuptiarum præfigerent. Additum etiam vt Ferdinandi & Ioannæ Regum consensus exposceretur, ac reuuentibus nihilominus connubium constaret. Cupiebat Anglus hoc coniugium, in quo tantæ commoditates inerant coire. Maior tamen & propior cura sollicitabat Ferdinandi voluntate sibi toro Castellæ Reginam iungendi; quod sperare non temeritas sed amentia erat. Dissimulabat tamen Ferdinandus spe inani senem lactans: ne se auersum coniugio præberet Catharinæ filiæ & Vualia Principis pacto. Anglus tempus extrahere aliam ex alia moræ causam necdere, ea cunctatione  
 10 extorquere parans quod maxime oprabat. Fraus vtrinq; eludebatur fraude, ac veluti cōtrariarum in vno corpore ægritudinum complicatio vtriusque male habebat. quo morbo fere Principes magni laborant, expugnantibus inter se studiis vita componitur haud leui molestia labeq; eorum felicitatis. Mors Angli breui subsecuta intempestiuos interceptit conatus. Pleriq; vulgo Ferdinandum accusabant, quasi Gastoni Fuxensi leuiro suo reginam filiam coniugem destinaret suis & Galli auunculi viribus regnum Vasco-  
 20 num adepturo: quod illi iniuria ereptum prædicabant. Sed & Hispanum peculiaris dolor incitabat, & studium eos Reges vindicandi ob auersum penitus à se animum: nullam prætermittam occasionem susceptam similitudinem testandi. Recensque apertum odii documentum extiterat Lerini Comite ditione spoliato nulla sui absentis cura, quamuis gnari sororii iniurias ac in eius præsertim patrocínio delitescens, pro suis habiturum. Eo maiori offensione quod legibus disceptare, vt post suum aduentum expetierat, profugo ditione restituta recusarant, parato quamuis multam subire, quam delicti consensu iudices iuxta leges indicerent. In Germaniam peruenerat Ioannes Emanuel minori iam apud Cæsarem gratia & auctoritate quam antea. Miseros cuncti destituunt: neque mala in vno gradu resistunt. Delusus ergo spe sua ac suscepti frustra itineris pertæsus reuocare cupiebat, atque in Hispaniam redire. Eo consilio petiit à Ferdinando è duobus alterum. Vt eius venia reduci bona pristina reponeret, atq; eo loco haberet, quem generis nobilitas & priora merita postularent. certe cum vxore & liberis in Lusitaniam ire concederet. Quod si iustissimis postulatis non moueretur, fa-  
 30 cturum haud dubium quod solent homines desperati. Nullam esse potentiam cui non sit periculum etiam ab inualido, præsertim si ad vires furor accedat. Nullum responsum datum: maiores noxæ erant, quam vt veniam speraret. Ita è patria exul miseris coopertus ac profugus minori quamuis Principis fauore ingenii tamen acumine dexterritateque agendi, dissidiorum inter eos Principes sementem facere impedire concordiam nunquam destitit egregius dissidiorum artifex. Iuuabat conatus Bernardinus Caruaialius Pontificis ad Cæsarem legatus. Sic vulgo suspicati sunt homines. coniecturæ accommodata fides propter turbidum vtriusq; ingenium parem actionum varietatem. Et quoniam Cardinalis propinqui, à rebus Ferdinandi auersi regni procuratorem esse constitutum ægre neque dissimulanter ferebant. Suscepta sinistra aduersus  
 40 Cardinalem suspitione Ferdinandus à Pontifice porro petiit Legati munere detracto eum actutum Romam reuocaret: acerrimam discordiarum faciem amoueret. Quod ægre quidem sed impetratum est tandem.

*De Caroli Principis in Hispaniam aduentu actum.*

CAPVT XII.

**B**ellicos apparatus à Cæsare institutos declarauit euentus non ad occupandum Neapolitanum imperium, vt erant homines suspicati & fama ferebat, pertinere: sed aduersus Gallum Regem pro Mediolanensi principatu & Venetorum ditione. Ferdinandus rex & Pontifex, ne ex eo initio veniretur ad arma, sollicitare non desistebant, sin  
 50 minus pace facta certe pactis induciis viam aliquam concordie inirent. Id Cæsari non placebat pactum fieri nisi magno suo commodo adiunctis conditionib. quas Gallus non probare dignitatis memor, insolentiæ omnis impatiens. Ommissa igitur pacis mentione, Cæsar Margaritæ filia Belgarum procuratore delegata se in iter dedit Italiam versus mense Ianuario salutis anno milles. quingentes. octauo auspicante. Proximo mense Tridentum  
 1508. peruenit modicam urbem in Alpium faucibus sitam. In ea solenni cæremonia more maiorum, cum in Italiam ad imperii coronam contenderent, selectum Imperatorem dixit, nam antea regis Romanorum nomen tantum prætulerat. Brandenburgensi Marchioni imperii militaris summam detulerat ad iter profecuto. Copiæ exiguæ

erant, neque magnis conatibus idoneæ vires. A Erarii inopiâ premebat magnis semper molitionibus aduersa. Regi tamen non poterat generosus ardor animi quin viribus maiora captaret. Bellum ad Cadori vallem ditionis Venetæ inchoatum est, cum repente nuncius Heluetiorum quinque millia Gallicis stipendiis in Italiam festinare, Cæsarem in Sueuiam reuocauit, si conuentus Sueuici auctoritate disturbarer eas copias. Nihil ea diligentia profectum. Nouo tamen nuncio, Gallicas copias in Luxemburgenses fines irumpere eo continuo quasi belli Italici oblitus occurrit. Pudenda inconstantia ac cõsili-  
 orum varietate circumactus irrito sæpe conatu cogebatur in medio cursu deficere: moliri multa, nihil ad exitum perducere cum ignominia labeque. Eius discessu maior Germanorum pars, qui in Cadori valle manserant, signa deseruere castraq;. Duo millia qui  
 supererant, à Venetis copiis maiori numero somno meroque sepultos ante lucem impressione facta improuiso aduentu conciderunt. Longe alia Ferdinandi Regis ratio erat agendi. Arrepta quamuis atque certis præsiidiis Castellæ procuratione stabilita, memor tamen rerum humanarum, quæ fluxæ & instabiles, sepe in contrarium migrant, neq; ignarus non paucos obstinata mente rerum nouarum consilia agitare, nullo loco deesse, vigilare, quosdam terrere metu, aliorum inuidiam beneficiis expugnare. In eo numero præcipue se ostentabant Alfonso Manricus, Roderici Manrici Magiltri D. Iacobi filius idem Pacis Augustæ præsul, & Catanæ in Sicilia Episcopus Petri Nunnii Gufmani Calatrauæ Clauigeri frater. Ii postquam deserto Ferdinando Philippo regi adhaeserant, sublata emergendi spe dum is rerum potiretur, ex desperatione animos ob-  
 stinauerant, priorem errorem nouo & grauiore cõmulantes. Pontifex de ea re appellatus, Toletano & Burgensi Præsulibus inquirendi in eos Episcopos potestatem fecit. Aduersus regem tantis offensis irritatum tueri innocentiam qui possent? Alfonso Manricus fuga in Belgas concedere tentauit. Captus tamen non procul Santanderio in Asturibus à Francisco Luxano Trasmieræ seu Ultramontanorum tunc Prætor, aliquandiu in Atiensæ arce detentus, demum in Toletani potestatem, iuxta Pontificis mandata est contraditus. In Germania Iacobus Concillus Giracii Episcopus à Ferdinando legatus Cæsarem, vti erat mandatum, monere non desistebat: Carolum Principem in Hispaniam mitteret. prouinciæ moribus à prima etate imbui ad stabiliendam successionem & studia gentis confirmanda, quæ res alia fore salutarius. Ferdinando ipso superstite ausurum  
 neminem ea iura mutare: eo sublato quin proceres Ferdinandum Infantem nota probataque indole natum educatumque in Hispania fratri præferrent, neminem posse vlla arte aut viribus præitare. rebus in Hispania turbatis, quæ Italiae imperium staret? Perspicaci & cauto Ferdinandus ingenio auertere mala cupiebat, quæ repudiato eius consilio in Hispania paulo post sunt subsecuta. Nunquam enim Cæsar adduci potuit, vt Carolum concederet in Hispaniam venire nisi rerum secum procuratione participata, regionum vectigalium parte concessa, vnde inopiam suppleret subsidiaque parata haberet variis & arduis conatibus sæpe supra vires susceptis. Quibus promouendis præter alia mille & quingentos milites, Gallo à Ferdinando auxiliares datos ad se traduci postulauit. Verum Franciscus Omedes ad id à Ferdinando mis-  
 sus effecit vt in Galli fide & obsequio perstarent, nulla cura Brandenburgensis, qui eos quasi Cæsaris subditos neque iussis obsequentes neque respondentes ad nomina, maiestatis reos pronunciarat. Enimvero Cæsar rerum in Castella arbitrium arrogabat sibi: irritatis amplius voluntatibus, quod Andream Burgium rursus à Cæsare legatum Hispaniæ aditu prohibuissent. In quo grauiissimam contumeliam contineri ille quidem interpretabatur malo vindicandam iniuriam, si vires voluntati pares sup-  
 peterent. rex Lusitanus his contentionibus liber nominis famam per omnes Orientis oras latissime propagari, anniuersariis nauigationibus struere opes, nouis identidem victoriis maris Indici imperium occupare, inuicta virtute ducum pariter & militum, neque minori felicitate. Calecutii & Cambaiæ reges maxime infensos Lusitanorum conatibus, eoque Cocini aliosque minutos reges vexatos bello, quasi  
 Lusitanos portubus exciperent, commercioque subleuarent victos sæpe acie multis-  
 que illatis cladibus castigarunt, quasi frænis asperioribus domita contumacia,  
 pauci innumeros, indigenas aduenæ ex vltimis  
 orbis partibus.

**B**AETICI proceres ægre tulerant nullam eorum rationem à Ferdinando Rege fuisse habitam, cum primum rediit in Hispaniam: & qui Castellæ procerum voluntates magno redemerat, nihil ipsis, qui neque potentia neque opibus illis concederent, à se parco esse datum. Inuidia in præceps dabat alienis semper incrementis anxia: dignitatis tamen species obtendebatur. Cunctos ea molestia premebat. præ cæteris tamè Petrus Fernandus Corduba Prieghi Marchio & Egabri Comes de iniuria expostulare, parati dolorem vindicare, si qua se occasio obtulisset. Accidit ut in rixa populari temere Cordubæ concitata, regii ministri è fontibus vnum in vincla raperent. Ioannis Ariæ Cordubensis Episcopi aulici correptis armis captum per vim eripuerunt ne in custodiam daretur. Commotus ea temeritate Rex Burgis, ubi erat, misit Fernandum Gometium Ferreram quatuoruirum in curia rerum capitalium, ut quæstione habita noxam eam vindicaret legibus. Inchoata, ut erat mandatum, cognitione Prieghi Marchio monet, ne ulterius progrediatur priusquam abs Rege noua veniant mandata: esse quæ cum illo comunicanda videantur, interim tamen vrbe discederet. Non audacia sed temeritas erat, regia auctoritate armato iudici obistere. leuius crimen grauiore cumulatum. Negat ille facturum quæ Marchio volebat, ac potius illi & fratri verbis Regis mandauit, continuo ex vrbe discessum. Grauis ea contumelia visa est, neq; dissimulanda iniuria. Contracta militari manu, reque cum vrbanis senatu communicata, captum iudicem in Montilliæ arcem suæ ditioris custodiendum misit: ac deinde paulo post libertati reddidit iussum Corduba abstinere, malum iudicium pareret minatus. Insolens facinus maiori Regem impleuit ira, tempore minime idoneo turbare Marchionis importunitate re. Eo festinare constituit certus vindicare ne prauum exemplum dissimulatione in plures diffunderetur. Mensis Iulii fine Burgis profectus Arcos, ubi Regina erat peruenit. Tunc Ferdinandum Infantem viæ comitem esse voluit, specie quidem valetudinis tuendæ, re à matre abstrahere erat destinatum, ægre quamuis ferente filii absentiam. Dies aliquot Vallisoleti consumpti. In eo municipio Ioanni Riberæ limiti Vasconum præfecto mandatum est ut eum suis cohortibus circum Arcos tenderet Regine præsidio fururus. Si qua vis existeret Magistri equitum maris Præfecti, Albanique in eo tractu morantium, opem si opus foret adiungeret. Militari delectu contractas copias se comitari Rex voluit vlcersi iniuriam constituens: qua violata regia auctoritate, nisi esset occursum salutari seueritate periculum erat ne respublica tempore importunissimo turbaretur. Hispali quoq; Enecus Velascus Vrbanus Prætor voce præconis denunciavit, ciues ut sexaginta annis minores, maiores viginti, parati essent Regem prosequi cum armis, aut quæ ille iussisset, Marchionis insolentiam vindicatum. Gonsalvus cognita Regis ira, iræque causa de euentu sollicitus his omnino verbis ad Marchionem litteras dedit. Super errore commisso id possum tantum scribere: fore salutare consilium si continuo ad Regem supplex venias in eius potestate futurus. Quod si feceris, vindictam denuncio sed tolerabilem, si renuis, exitium. Anxius ancipiti periculo Marchio patrum monitis obtemperare tamen decreuit. proceres etiam lenire Regis animum, gnari id exemplum ad omnes pertinere seu seueritatis seu clementiæ. in vnius causa cunctorum fortunas & dignitatem disceptare. Gonsalvus præ cæteris querebatur acerbior, quæ par esset, vindictam parari. Pœnitentiæ argumento ad Regem vltro venire, quid amplius sequere vellet? Imprudentis Iuuenis noxam Alfonsi Aquilarii patris meritis donari nunc æquum videretur, in bello non ita pridem occisi, ut maxime recetes ipsius labores & molestia graues de memoria excidissent? Regi certum erat, nullis precibus moueri, gratiæ inexpugnabile se prestare. Ita Marchio omni alia spe destitutus Toletum, quo rex pcesserat, veniens se suaque eius clementiæ permittit. Iussus ad vigesimum lapidem à curia abesse arcesque tradere fidei obsequiique pignora continuo obtemperauit. Cordubam ubi ventum est, regem prosequentibus equitibus mille, peditibus triplicato numero, Marchio è vinculis more gentis causam dicere est compulsus. Postulatus lege maiestatis à Fiscis procuratore, nullum criminis responsum dedit, precatus tantummodo regem si non veniam certe vindictæ modum. Maiorum meritis eam gratiam daret, noxamque condonaret, in posterum meliora polliceri. Peracta cognitione nonnulli e Cordubensi nobilitate, quorum maior noxa extiterat, capitis damnati sunt, aliis e plebe laqueus vitæ finis fuit. Alfonsi Carcamis & Bernardini Bucanigie in tecta ædesque sequitum est: quo supplicio perduelles gentis instituto vindicari solent, ut sint reliquis documento, & supplicii magnitudine perterreantur alii. Duorum noxa præcipua, cum quatuoruiro iniecta sunt manus affuisse, Marchionem familia nobilitas tutata est, vltroque ad Regem venisse culpæ depreca-

torem, vt leuior vindicta esset & tolerabilior. Exilii tamen indicta poena ab ea vrbe perpetui, ex vniuersæ Baticæ finibus dum Regi placeret. Præterea arces omnes demptæ sunt, Montiliæ ædes arcis ad instar à fundamentis euersæ. Maius id tamen supplicium quibusdam visum est quam pro delicti modo. Ac Gonsaluis Regis seueritatem sæuitiæ proximam detestabatur: quem neque defunctorum, neque superstitum præclara facinora fleterent: opes maiorum sanguine fundatas euerti impense dolebat scilicet. Occultis hæc sermonibus & inter fidos agitata ne infensus animus irritaretur amplius. Magister equitum apertius dolere, ac duo in causa accusare potissimum. Contra morem maiorum institutam contra Marchionem cognitionem, nunquam Magnatum seu Dynastarum causam aliis delegari iudicibus consueuisse. Regi soli in eos animaduertendi fuisse facultatem. Eum semper honorem ordinis dignitati habitum. Deinde se auctore Marchionem ad Regem venisse: sic in eius supplicio violatam fidem suam expostulare. Periculum erat ne alienato tanti viri animo, regni que finibus digresso noui ac turbulenti motus existerent, Ferdinandi nondum auctoritate satis firmata, multis in prouincia ex arcano æmulis. Corduba Henricus Toletus & Ferdinandus Tellius Iureconsultus Romam legati sunt verbis Regiæ obsequium Pontifici delatum, quod eatenus officium præstitum non erat temporum multa varietate. Iisdem diebus Bernardinus Caruaialius Cardinalis detracto legati munere, quo in Germania fungebatur Romam euocatus est. Ferdinandi id Regis votis ad amouendam suspicionem eum ad Cæsarem inclinare, datum. Neapoli Hungariæ Regina decessit ea inopia vt funeri exequiisque Prorex de publico pecuniam suppeditaret. Sepulta est in ea vrbe ad Petri Martyris: qua in æde Regiæ etiam matris tumulus extat. Corduba Ferdinandus præcipiti autumno discedens Hispalim iniit insigni ciuium apparatu, pompa, plausuque. Aderant Ferdinandus Infans, & Germana Regina præcipua spectaculi pars. Henricus Assidonius minor ætate à patre relictus in coniugium pacta Maria Gironia in Petri Gironii (puellæ is frater erat Comitum Vreniæ filius maior ardenti iuuenis animo) tutela ex patris testamento acquiescebat. Petrus & suis opibus & sororii viribus concitare in prouincia motus: ipsi quin etiam Prieghi Marchioni opem ferre tentauit. Feruor ætatis agebat in præceptis. Assidonius neque iuare eos conatus, neque repugnare alieno imperio obnoxius propter ætatem & imbecillitatem sensus. regi destinatum erat, conatus coercere, Assidonii arces in potestatem redigere. Eius iram, quo tempore Baticam petens Valisoleti substitit, Vreniæ Comes veritus filium in potestate futurum recepit, arcesque adeo traditurum regi. Magister item equitum pro Assidonio sororis filio se vadem obrulit officio non defuturum. Promissis non responderunt facta. Rege Hispalim appulso tum Petrus tum Assidonius restitere Assidoniæ: neque regem, vti par erat, salutatum accessere: ne euocati quidem nisi necessario cunctanterque. Hispalim tandem vbi venere, Petrum Gironium ea tutela mueri, atque Hispali & Assidoniæ finibus discedere iussum est. Contumaciæ merces exilium. Assidonio quoque mandatum arces, vti ante conuenerat, traderet. Graue mandatum est iussum: neque morem gerendum. Nocte quadam in Lusitaniam vterque discessere regia seueritate commoti: at præcipue suscepta suspitione Assidonio nouam sponsam destinari, priori pacto rescisso, filiam Cæsaraugustani Præsulis, atque ex eo regis neptim: mutatis equis festinantes retinere non licuit: quod erat vindictæ proximum, Præfectis, vt artes dederent iussum est, malum nisi obtemperarent passuros. Nieblæ & Trigueri Præfecti parere recusarunt. Mercado quin etiam quatuoruiro rerum capitalium ad id misso, ac de deditone appellanti Nieblæ incolæ portas clausere. Graue facinus missæ abs rege copiæ breui vindicarunt oppido per vim capto direptoque. Crudele exemplum, paucorum culpam etiam innoxios luere: sed quo commoti ceteri mox imperata fecerunt. Hispalensi Præsuli aliis viris primariis quasi sequestris arces sunt traditæ: ac regio consilio in Petrum Gironium cognitio permessa. Offensus noua seueritate proceribus Magister equitum litteras expostulationum plenas ad regem dedit, qua in ceteris libertate fiduciaque regi tamen deliberatū erat procerum contumaciam franare fastumque contundere. Id dū assequeretur quid homines loquerentur, pensi non habere. Toletanus qui Tordesille substiterat, regios conatus consilio & opera iuuare, malis mēdendi prouinciamque pacandi eam tutissimam esse viam, ac vestigio sæpe calcandam omnibus sermonibus dictitans.

**D**um Beticæ fluctus in malaciam componuntur autumnus abiit. Belli Africani cura sollicitabat: Lusitanisq; auxilia sunt missa in ea prouincia periculo proximis. Ferdinandus Rex quasi ex altissima specula in omnes partes despiciere non cessabat, vniuersam Christianam rempublicam animo & prouidentia complexus. Ea tempestate spes atque opes cunctorum in eo sitæ erant. Phutense regnum cognitum est in partes diductum tumultuari, à Rege Mauro duobus eius fratribus dissidentibus. Opportunam ex eo occasionem oblatam rei Christianæ noua expeditione in Africa promouendam, Mauros impugnandi. Valida classis in Malacæ portu instructa. prædatoriarum Velestii Gomeræ biremes nostris nimium assuetæ littoribus Granatensem oram nudatam præsidio nautico late depredata sunt. Accurrit Petrus Nauarrus, cui expeditionis Africanæ summa permissa erat. Aliquot biremibus captis nostris spoliis graues, cæteras est insecutus ad insulam Velestio obiectam commune piratarum perfugium. Arci eius insulæ, cui Penonio est nomē, impositi præsidio ducenti milites, visis nostrorum triremibus, suspicati urbem Velestium petere, relicta arce in continentem traiecere ciuibus præsidio futuri. Arripuit occasionem Petrus Nauarrus arceq; continuo capta, quoniam portui imminet & ex aduersum urbis sita est excussæ inde tormētis pilæ nihil ciuibus tutum reliquere, prorsus ut in subterraneis specubus conditi salutem tutari necesse haberent. Capta est arx ad decimum kal. Augusti.

**10** Cōmoda imprimis ea possessio visa est de Africa cogitantibus, munitæ operibus militare præsidium decernitur. Lusitanis ad oram Oceani maris cum Mauris bellum erat. Profærendi fines opportuna videbatur occasio oblata. Zeianus, Phutensis Regis patruelis, si se duce confiderent, Azamorem nobilem eo tractu urbem venturam in potestatem pollicebatur. Maurica fides plerisq; suspecta erat: sæpe antea pacta conuenta ludibrio fuisse. Rex tamen Emanuel Mauri verbis confusus parata classe quadringentos equites pedites supra duo millia mittere in eam rem constituit ductore Ioanne Menesio magno rei militaris aduersus Mauros usu, magna peritia viro. Olisipone ad septimum kal. Augusti profecti, idoneisq; tempestatibus ad littus Africæ prouecti opinione se falsos inuenerunt Maurica fraude delusos. Ciues enim, qui magno numero erant, urbem eximie tutati

**20** sunt. Zeianus tamen impostor eo terrore à ciuibus quas voluit condiciones exprefsit, sicque Lusitanis desertis, quod fuerat initio propositum, ad hostes transit. Irrito Lusitani conatu metuque maioris mali naues repetiere. Sæuiebat ventis mare. cæca & humilia vada prope usu tantum indigenis nota, minori præterea estu, quod luna senesceret. Sic naues aliquot in iis vadis hæserunt vnaque triremis. Reliqua classis quia cursum tenere non potuit, ad fretum Gaditanum deflexit. Necessitate factum vertit in bonum. Phutensis enim Rex Lusitanorum audacia irritatus, an nominis famam extendendi cupidus contractis numerosis copiis equitum peditumque Arcillam circumfedit ad quartum decimum kal. Nouembris die Iouis urbis præsidio præfectus Vascus Coutignus Borbæ Comes primo die hostium impetum magna virtute sustinuit. Verum die

**30** proximo muti parte strata ruinis adituq; patefacto Mauri in urbem vi irrupere. Pugnatum est in plateis acriter multis cadentibus, Comes brachio sagitta ictō in arcem se suosque, quos potuit in ea trepidatione, recepit, haud satis munitam instructamque commeatu, bellicoq; instrumento ut in nullo tali metu. Impugnata arx tormentis bellicis cuniculisq; vndiq; sub terra excauatis. Quanto in periculo obsessi versaretur, Tingi ubi Ioannes Menesius agebat, & Hispali, quo Ferdinandus venerat, breui nunciatum est. Menesius classe ad ea loca delatus instituto biduum cum hostibus certamine, pulsisque arcis propugnaculo, quod ceperant, obsessos supremo exitii periculo eripuit commeatu & milite in arcem illato. Petrus quoq; Nauarrus Heraclea, ubi cum sua classe erat, iussus à Rege est eodē festinare. Præcessit Ramirus Gusmanius Cæsariani Prætor naui trecentos pedites,

**40** aliquotq; urbanos equites auxilio secum ferens. Cum spe defensionis obsessis animus etiam accessit. Menesio & Ramiro in arcem ingressis non tueri mœnia, sed eruptione facta cominus cum hoste pugnari ausi procul Mauros à fossa remouerunt. Aduentus Petri Nauarrari eo delati tertio kal. Nouemb. fluctuantes inter spem & metum Lusitanorum animos porro confirmauit certa victoriæ spe. Continua enim globorum procella classis displosis tormentis quassatos afflictosq; ex aperto latere Mauros deserere castra coegit: ipsumq; Phutensem Regem incensa urbe Alcasarquiurum cum copiis redire. Clara in præsentī victoria, in posterum vsui fuit territa eo exemplo Maurica gente, ne eodē impetu alias Lusitanorum eo tractu arces inuaderent, quasi ex vicina Hispania ad vim arcendam auxiliis paratis. Eduardi Menesii pro patre Ioanne Menesio Taro Comite, Tingi Præ-

fecti, & Roderici Sose Alcazarum obtinentis animi sunt à metu confirmati, quem si Arcilla esset amissa ingentem conceperant diu & ipsos sustentare non posse. Misere duces in Lusitaniam & Castellam litteras de victoria laureatas læti successu. Emanuel Rex cognita victoria tum Petrum Nauarrum & Cæsariani Prætorem amplissimis verbis laudatos, sex cuique aureorum millibus muneratus est: quod illi munus accipere recusarunt contenti præclarique operis conscientia & de regis sui munificentia maiora præmia sperantes; tum Regi Catholico ita gratias opportuni auxilii egit, vt non obscure se læsum significaret Penonio arce à Nauarro occupata, quippe regni Phutensis parte, quod illi impugnandum iure finium erat per conditiones antea attributum. Excusauit Ferdinandus Velesum cum contributis arcibus sui iuris esse, neq; Phutensi Regi obnoxiam sed Regi proprio seruire. Vt res tunc erant oneri potius Lusitanis quam lucro, magna necessario impensa eam arcem retinendam fore, ne Granatensi littori ex ea profecto piratæ imminerent. Et alioqui si ad Phutense regnum pertinere esset exploratum, libenter ea possessione cessorum cum primum ea ipse parte Africæ bellum inferre fixum haberet. Interim alieno sumptu quid vexaretur? In Aragonia Lerini Comes mense Nouembri Arandæ oppido annis quidē grauis, maiori tamen animi ægritudine cōsumptus, propter exiguam opem à Rege leuio rebus allatam decessit, filius Ludouicus Beamontius prioris aduersus Vasconum Regem simultatis non minus quam fortunarum iurium & actionum defuncti heres.

*Fædus Cameraci ietum.*

C A P. XV.

20

**I**N maxima hyemis sæuitia, qualem non viderant Ferdinandus Rex Hispali relicta in Castellam redire necesse habuit. Festinationis gemina causa extitit. Petrus Gueuara Dieghi frater ex Germania indissimulato habitu vesteque plebeia per fines Cantabriæ in Hispaniam ingressus, atque ad Pancorum captus fuerat. De eo Septimancis, quo deductus est, quæstione tormentis habita cognitum, multa proceres arcano cū Cæsare consilia agitare reip. exitialia. In eo numero atq; indicio principes erant Magnus Gonsalvus, Anagari Dux, Vreniæ Comes. Quia probabilia, vera dixisse index creditus est. Sæpe etiam falsum quæstione expressum veri vicem obtinuit. Deinde Infantatus Dux cum aliis proceribus conspirare nunciabatur aduersus Ferdinandum Regem: quodq; vehementius vrebatur Hispani Cardinali conscio atq; particeps, ita tamen vt neq; flammam inuidiæ accenderet, neq; pro auctoritate penitus restingeret. Grauis plerisq; seueritas Ferdinandi erat, suum quisq; dolorem quasi ignem, reip. ruina lenire non dubitabat. Suspecta imprimis Gonsalvi & Magistri equitum familiaritas erat, atq; rebus omnibus animorum coniunctio. Offensus vtriusq; animus ingentesq; spiritus timebantur, oblatam doloris vindicandi occasionem non prætermitturos. Infantatus Duce placando sanandoq; Tendilliæ Comitis prudentia multum iuuuit, pro ea propinquitate monentis eū monentis necessarios lubricæ viæ ne insisterent. væcordiâ multis exitialē paucis commodo fuisse. si quid offenderet in rep. meliora in voto haberent, qualiacunq; tolerarent. Reliquos Rex ingenii dexteritate qua metu, qua blandimentis & beneficiis sedauit. Ac nominatim cum primum per Vectones Salmanticam appulsus est Villenium sibi deuinxit pro Villena & Almanza, quæ ille expetebat, oppida, annuo vectigali designato, quantum ex iis oppidis percipere esset solitus additis insuper, quo gratius esset donum, in Granatensi regno oppidis Toloxio & Monda. Honesta æquaq; compēsatio ipsi etiam Villenio visa est. Cæsari propositum erat cum Gallo Rege pacisci: æquum se omnib. controuersis præbere si Ferdinandi amicitia renunciata, acceptas potius ab illo iniurias ferro & alienis viribus vindicaret, dolores vlcisceretur tum veteres multos, tum recētes Andrea Burgio legato suo finibus prohibito & capto Petro Gueuara internuncio, digna videlicet supplicio contumelia. Vti in colloquium de pace veniretur cōstitutum erat. Margarita Princeps pro patre vicaria, Rhotomagensis Cardinalis Pontificis & Galli regis nomine de conditionibus disceptarent Cameraci vrbe ad confines Gallicæ & Belgicę ditionis primaria. Accessit vltro an inuitatus Iacobus Albion pro Ferdinando rege in Gallia orator, Gallum inter & Cæsarem fædere facto Ferdinandū excludere destinarāt. Summa tamen Pontificis cōtentione commutata repente voluntate, vt tres Principes inter se & cum Pontifice, de quo sæpe actum erat, armorum societatem constituerent, impetratum aduersus Venetos iniustos multarum vrbiū possessores: quas superiore tempore aliā alia de causa veris dominis detraxerant, Pontificū quoq; violata maiestate diuinę proxima. Initi fœderis hæc leges fuerunt. Sociis bellum cū Venetis esto donec singuli ereptas sibi vrbes & oppida recipiant. Qui prior sua obtinuerit, alios nihilominus socios iuuato, dum & ipsi

ipsi



ipsi suæ sint partis & voti compotes facti. Cæsar & Gallus per se ipsos bellū administrato: neq; id munus ducibus deleganto. Bello inchoando Aprilis kalendæ designatę sunt proximi anni. Quò tempore Cæsar pollicitus est Gallo Mediolanensia iura nouo diplomate confirmaturum, numeranti modo in præsentem centum aureorum millia in posterum fide data opem ferendi, dum Cæsar sui iuris vrbes Venetis auferret, neq; propterea ipse cogere Gallum iuuare in pari conatu detrahendi Venetis, quæcunq; ad Mediolanensem principatum spectarent. Controuersia inter Cæsarem & Regem Catholicū ne fædus disturbarent, cautum vt continuo consensu iudices designarentur qui ex æquo & bono eam litem dirimerent, cum primum bello Veneto finis esset. Additum præterea vt

10 Allobrogum Ducem ad commune fædus inuitarent Cypri insulã, quam Veneti occupant iniecta spe. Item Ferrariensem Ducem & Mantuanū erepta quoque ipsis oppida si communibus armis extorquere vellent. Rapitur in præceptis animus cupiditate inflammatus, neq; in mediocritate consistit. Gallus & Ferdinandus quorum arbitrio Florentini & Pisani suas controuersias permiserant præ studio promouendi pactum bellum Pisanos Florentinis hostibus tradiderunt sententia pronunciata, nulla famę memoria. Sed honesta factio species prætexta est: Italiæ pacem aliter constare non posse, cuius prima cura erat scilicet noua bella & internecina meditantibus. Suspicio fuit Florentinorum viribus vti voluisse aduersus Venetos: ac centum aureorum millibus, quæ Florentini si secundum ipsos causa data esset, polliciti erant Pisanorum libertatem, qui se eorum fidei permiserant, turpi mercatu vendidisse, magno tantorum Principum dedecore infamiaq; maiori Ferdinandi, cuius clientele & patrociniõ se suaq; Pisani permiserant. Verum quid attinet horum Principum peccata accusare? familiare est cunctis præ studio habendi plura, nihil præterea curare. Aut quis oblata imperii amplificandi occasione leges honestatis & pudoris respiciat? tetra libido dominandi cæteris affectibus maior. Cameracense fædus ad quartū Idus Decembris sancitū est. Margarita Princeps pace facta in Heduos discessit oppida quædam à Gallo acceptura, quæ ex pacto fædere erat Belgarū imperio redditurus. Hoc ipso mense Robertus Salerni Princeps extinctus Neapoli est, Ferdinando filio in tenera ætate relicto hærede non magis principatus, quam perpetui atque exitialis in Aragonios odii: quod consequentibus annis tandem malo fuit. Pueri mater Alfonso Ducis Villeformosę soror Marina Aragonia nupsit paulo post Plombini

30 regulo ex Regis patris voluntate. principio is anni proximi Vallisoleti corã Pontificis Nuncio Cæsaris & Galli Regis legatis initi fæderis conditiones iureiurando sanxit.

*Classis a Sulthano in Indiam missa contra Lusitanos. CAP. XVI.*

Ardebat magnus AEgypti Sulthanus Campson nomine, incredibili cupiditate exturbandi Lusitanos ex vniuersis Indiæ oris. Multa vt in eum conatum ingrederetur barbarum incitabant. Ac præsertim Calecutii & Cambaiæ Reges in eam rem opem omnem & vires polliciti. Accessere in partes Veneti, vti superius indicatum est. Merces Indicas & aromata post Lusitanorum in eas oras aduentum auersas in occasum, quę antea Alexandriam deuehi solitæ erant magno regionum vectigalium incremento totius prouinciæ & vicinarum gentium fructu, dolebat scilicet impense Sulthanus, dolebant Veneti, propinqui longinque. Quid faceret? quam rationem incommodo medendi institueret? Bellum inferret? At multa ab eo conatu retardabant. Incerti bellorum exitus, classis edificandę difficultas nulla in AEgypto cædua materia, pecuniæ in stipendium sublata ab hoste facultas. Tentare Pontificem visum est, si minis propositis excindendæ in suo imperio Christianę gentis à stirpe Lusitani desisterent. Ita Maurus Franciscanis Hierosolymę præfectus in Italiam atque Hispaniam legatus in eam rem fuit, vti superius commemorauimus. Parum spei retulit facturos Hispanos quę cuperet. Vim adhibere &

50 metum placuit. Materia aliunde aduecta & ad Cairū elaborata ac tandem Sueciū Rubri maris emporium, quę ciuitas heroum fuit tridui itinere camelis deuecta constructa classis triremium sex onerariarum quinq;. Octingenti Mameluci in eam classem impositi (sic milites vocant Christianis parentib. natos eius imperii robur apprime bellaces.) Vniuersę administrationi Mirocemus præficitur natione quidem Persa, cæterum rei militaris & nauticę peritus in paucis. Suscepta is maritimæ expeditionis cura quamprimum è portu soluit, atq; rubri sinus fauces egressus præter litus Arabicū superato sinu Persico Diu appulit Cambaię insulam & vrberem nobilem fama & commercio eo confluentium mercatorum. Franciscus Almeida Prætor eius molitionis ignarus Laurentium filium cū octo nauibus miserat ad tuendū Indici maris imperiū, simul vt nauibus, quæ onustę mercibus

Cocino in Lusitaniā ibant, præsidio esset, ne qua vis exeret. In eo itinere multis Martiorum nauibus in variis portibus incensis, ad Ciulum in ancoris stabat expositis in terram copiis periculi securus. Eo loco de aduentu Aegyptiacæ classis est cognitū, seq; Melichiacium pro Cambaiæ Rege Dio Præfectum cum triginta quatuor prædatoriis biremibus Persæ adiunxisse. Priusquam moliri ancoras posset, aut se ad pugnam comparare, hostium legentes littora quinque tantum naues conspexere. Parum eo spectaculo Lusitani commoueri, quippe ex numero suspicati Alonsum Alburquerqueum, quem venturum præpediem expectabant, iis nauibus vehi. Dum suspensis animis hærent, percussa paulo acriore vento vela naues hostiles in portū intulere. Tunc Lusitani sua se opinione deceptos dolere: improviso metu cōsternati, arma tamē expedire. Atq; eo die eminus tantum pugnatum est tormentis igneis vtrinq; displosis maiori fragore quam dāno. Die proximo Laurentius suorum virtute confusus si cominus ventum esset ad manus impetu facto, in Mirocemi prætoriam transilire tentauit. Frustra is conatus fuit: iniicere harpagones ferreos in hostilem nauem non potuit, grauior naus sua ne in vadis hæreret veritus, maris præsertim æstu remittente aquisq; in suum recurrentibus fretum reciproca vicissitudine. Sagittis quoq; & globis ex hostili naui nempe altiori afflicti pleriq; è militū & nauatarum numero: ipse gemina sagitta ictus est grauius. Accepti incōmodi leuamen aliquod extitit quod Pelagius Sofa & Dieghus Peresius cum sua quisq; triremi inuecti in singulas naues hostium, vtramq; ceperunt. Is finis eo die pugne fuit haud satis cōmoda. Die tertio Melichiacius qui in subsidiis manserat retro, cum suis biremibus in portum inuehitur. Eius aduentu desperata Lusitani victoria nouoq; metu proposito in altum cedere, suosq; certo periculo eripere tentant. Ergo de media nocte sublatis velis portu egredi contendunt. Non latuit ea res hostes quippe propinquos neque desides: ac miseros plerumq; cuncta præsidia destituunt, cadunt præpostere q̄ prudenter erant cogitata. Cedentes vrgent barbari, atq; impetu in prætoriam facto q̄ postrema ibat, vnam multæ circumstantes premunt. Crebris tormētorum ictibus verberatis lateribus, laxataq; asserum cōpage vndā accipit: nouoq; aquæ pondere grauata hæret in vadis. Triremes opem ferre conantes recedens magno impetu estus impedit. id quoq; incommode accidit. Destitutam tamen hærentemq; nauim accedere prope hostes non audent. Tormentis eminus verberant, resistunt acriter Lusitani, vt tempus dabat quamuis exitio proximi virtutis memores. Acuit desperatio animos, certum in periculo præsidium, sæpe ex metu fiducia orta. Laurentio fæmur graui vulnere ictum est, globus alter paulo post in pectus impactum misere discerptum perimit. Cadente duce naus tandē capta est: è centum epibatis, octoginta nihilominus cæsis, viginti tantum in hostium potestatem venire plerique vulneribus fædi. Prætoriam missa naues aliæ in altum prouectæ se in Cananoris portum intulere: inde Cocinum misere, qui Francisco Almeida tristem nuncium afferret, cæsum filium, prætoriam captam reliquas naues vix fuga seruatas, hostili classe Indicum mare constratum. Ille quamq̄ acri doloris sensu perstrictus lugeri filium vetuit. Eo virtutis extremo documento edito, vt parato ad euadendum lembo, sociis fugam suadentibus, vitā sanguinemq; profundero maluerit, q̄ suos in periculo deserere, laudib; potius celebrandū dictitans. Mortem omnibus à natura propositam laude vituperationeq; distingui. Si cunctis par exitus manet, nobilioris animi esse merito perire. Pugnatū est fine anni. Prætor Cananorem abiit in vindictam toto pectore intētus classisq; apparatus. Accessit paulo post Alonsus Alburquerqueus. Is suo aduentu ex regiis litteris cōtinuo tradi sibi prouinciā volebat. Excusauit Almeida, sustentandum tantisper dictitans dum Sulthani classem e mari Indico ipse depelleret. Priusquam noui Prætoris auctoritas coalesceret, multaq; nollent, fortassis ventura. Hęc palam: ex arcano autem Alburquerquii ingenium timebatur impotens ac temerarium, vti fama vulgabat. Ventum ad iurgia & rixæ initiū. Almeida in suscepto consilio perstans captum Alburquerqueum Cocinum amouet. Mox instructa classe in mare egressus in Onoris portu aliquot Calecutii Regis naues nactus incendit. Inde in Dabulis portum prouectus, multis in eo nauibus ignes iniecit, eamq; urbem captam diripuit. Discessum ex eo portu Nonis Ianuarii salutis anno milles. quingentesimo nono. Diu versus directis prorsus vbi aduersaria classis stabat in ancoris. Mirocemus cognito nostrorum consilio in mare est egressus pugnandi voluntate. Substitit tamen in vadis, quoniam planiores carinæ erant, vrbe à tergo tormentis in pugna iuuatura, si nostræ naues propius accederent. Aduersaria classis tres magnas onerarias numerabat, tres rostratas maiores, sex triremes, & quatuor alias Cambaiæ naues, præter Melichiacii biremes. Almeida decē & nouē naues qua triremes qua alias ducebat: in iis Lusitanos mille trecentos, socios Malabares quadringentos incredibili omnes ardore pugnandi ad non dubium

dubium victoriæ omen si ad manus ventum esset. Accessere classes ad tormenti ictum; sed repente cadente vento & noctis tenebris impediti à pugna destiterunt. Die proximo repetitum certamen. Præcedebat Nunnius Vascus Pereira in prætoriam Miroceni facturus impetum, à tergo aliis nauibus competenti ordine instructis. Almeida in subsidiis restitit ad omnem occasionem intentus iuuandi suos si qua parte laborarent. Magno animo pari vtrinq; clamore in pugnam inuaditur. Diu acriter dimicatur, primum tormētis dein gladiis & contis res geritur. Anceps victoria primum, deinde à Lusitanis stetit. Ex hostibus quatuor millia cecidere, in eo numero ex octingentis Mamelucis vix duo & viginti euaserunt, tanta pugnandi rabies fuit decoris studiū. Tres onerariæ submersæ sunt, præter biremium lemborumq; magnum numerum. Duæ rostratæ, totidē triremes, quatuor onerariæ captæ in potestatem venerunt. Duces Mirocemum & Melichiacium fuga seruauit proximo perfugio. Miraculo fuit è Lusitanis duo tantum & triginta cecidisse; vulnerati maiori numero circiter trecenti, nulla desiderata nauis. Insignis victoria par omnibus, quæ in India sunt partæ nobilitate fructuq;. Peracta pugna triumpho persimili specie Prætor Cocinum cum classe rediit. In ea vrbe ne controuersie inter Almeidam & Alburquerqueum in aperta odia prorumperent, & pars gentis cum parte confligeret in ambos diductæ studiis, per opportunus Ferdinandi Coutigni aduentus effecit. Is enim e Lusitania hoc anno missus cum mandatis Almeidam ex India dimittendi in eius locum Alburquerqueo substituto, vti erat ante decretum, id tempestiue executus importunos Indicos motus pacauit, vnde maiora timebantur mala. Ferdinandus Rex Salmantica Vallisoletum inde Arcos discessit: vbi Regina filia substiterat hospitio minime cōmodo: atq; ita vt superiori mense Decembri præ frigore in morbum inciderit, aduersus salutaria monētes obstinato prorsus animo. Solus pater (tantū reuerentia valuit à teneris suscepta) vt locum vestemq; mutaret, blandis verbis obtinuit. Mense eam Februario Tordesillam deducit: & cum ea viri corpus ex eius oppidi templo detractum: quod annis cōsequētibus Caroli Augusti filii iussu Granatam delatum tumulo stabili conqueuit. Regina ad vitæ exitum in eo municipio restitit, nunquam ne ex interuallo quidem remittente valetudine, ne voluntate quidem capeffendi legibus quamuis debitum à cunctisq; vltro delatum gentis imperium.

*Angli Regis obitus.* CAPVT XVII.

30 Sic Ioannē Regine res erant, cum mortuis verius quam viuētib; & spirantibus numerandæ: Si cultum respiceret seruæ quam Regine propior videri potuit, si victus rationem miserabilis, aulicorum exiguus numerus, procul omnis lætitia. Duarum eius sororum dispar fors. Lusitaniæ Regina bonis omnibus, quæ prima ad felicitatem vulgus putat; opibus, delitiis, honestisq; solatiis affluebat. Ad hæc numerosa prole felix, hoc ipso anno filiū Eboræ peperit cui Alfonso nomen fuit, purpuræ honos, vita breuis in flore ætatis extincto. Vualix Princeps Catharina in Anglia morabatur neq; cælebs prorsus neq; cōiux fœderis asperitatem & rebus omnibus duritiem equo animo dissimulans, per eum modum fatagentis extorquere sibi & filix coniugia magnopere ab ipso expetita cum Ioanna Regina & Carolo eius filio. Ratio præpostera & Regibus prorsus indigna: quod accōmodatis officiis & blandimētis deberet, velle malo & inconditis actionibus obtinere. Deuorauit illa omnes eas molestias magno & excelsio animo: vt quæ patientiæ sibi legem indixerat, & facie & morbus atq; animi magnitudine, præ cæteris sororibus matris expressam imaginem repræsentaret. Ne ea incōmoda diuturna tūc essent, eius Regis breui subsecuta mors effecit sabbatho extincti ad vndecimum kal. Maii. Eius obitu non multo post pactum iam coniugium cum Vualix Principe, qui regno à morte patris suscepto Henricus Octauus fuit tandem coaluit haud felix faustumq; sed multis potius miseris obnoxiiū. Atq; illi quidē secūdo in Anglia nubere non placebat, quasi tacita diuinatione imminentes ex eo calamitates præfagiret animus. Sic ad patrē scripsit. Orare obtestariq; ne eo paciscendo coniugio priuatam ipsius commoditatem vota; respiceret: sed quod e re sua modo futurum iudicaret. Et erat Regi patri commodum imprimis cum Principem noua affinitate iunctum tenere propter florentes Angliæ opes viresque Principis indolem, si ex facie considerares, non incommodam. Nequaquam tamen ad spem euentus respondit; ac contra breui ea lætitia luxuriavit. Henrico etiam promptum non erat eo loco vxorem alibi inuenire, præter restitutionem dotis necessario futuram eo dirempto coniugio. A Etate inter ipsos discrepabant, sponsa aliquot annis maiori, magna sæpe beneuolentiæ inter coniuges labe, frequenter quāuis contēpta ratio p̄sertim inter Principes. Hērici corp⁹ & facies eximia elegātia fuit, incōditi mores accedentib; annis in

Venerem vita soluta. Enimuero ingenio indulgere quam imperare maluit, seq; frange-  
 re, plurium Principū exemplo, vsque dum ab ecclesiæ imperio & placitis propterea de-  
 sciuerit, patefacto in ea prouincia hæresibus pestilentibus aditu, quibus misere hodieq;  
 conflictatur. Ita homo amentissimus consiliis omnibus præceptis & deuiis superstite dum  
 Catharina coniuge, specie quasi fratri maiori antea coniunctæ Pontifex sibi nubendi  
 veniam dare non potuisset, ea dimissa, ex qua tamen Mariam filiam susceperat post pa-  
 tris & fratris fata Angliæ deinde Reginam, duxit palam Annam Bolenam, quam lege de  
 adulteriis conuictam securi subiecit Isabellæ matrem quæ hæc scribimus tempore An-  
 glica sceptrā obtinentis. Anna occisa Ioannam Semeram sibi iunxit toro, quæ ex partu  
 breui periit. proli tamen incolumi post patrem proxime Angliæ Regi Eduardo sexto no-  
 men fuit. Sic in regiā quartis nuptiis vacuam accessit Anna Ducis Cleuensis soror. Hanc  
 dimittere constituens quam ob offensam incertum, sed volens abdicare, vt factum ho-  
 nestatis specie velaret, legem promiscuæ tulit diuinæ aduersam de soluendis coniugiis.  
 Quinta Henrici vxor Anna Hauarda fuit & ipsa de adulterio conuicta, eoque supplicio  
 subiecta, & quoniam delibato antea virginitatis flore ad Regis torum accesserat. Postre-  
 mo Catharinā Parram viduam duxit. Hoc coniugium vt stabile esset nulla ex eo proles,  
 mors Regis breui consecuta præstitit: quæ prauos conatus, impotentis libidinis licen-  
 tiam rumpens, gaudiū voluere & pestiferum perpetua ignominia & infamia muta-  
 uit. Luxuria pestis blanda quantas strages facis? Verum ad priora redeamus. Cathari-  
 næ ob coniugium susceptam lætitiā Ferdinandus Rex Vallisoleti celebrauit Ioan-  
 nis Baptistæ festo die, quo in Anglia confectum est. Militare ludicrum institutum ex  
 Maurorum imitatione. Qua alterius agminis pars primum procurrit in aduersarios,  
 missisque arundinibus iaculorum imagine, retro conuersis equis cedunt prementibus  
 aduersariis, quos excipit pars altera agminis quasi in subsidiis relicta; hanc ex aduersa  
 parte alii ludo continuato. Sic equites inuicem insequentes refugientesque nunc pre-  
 munt aduersos, nunc terga dant. Ludum per se gratum vt celebrius videretur, Rex ef-  
 fecit ea quamuis ætate in aciem progressus dux alterius agminis cultu splendenti & va-  
 rio, vt alii omnes qui interfuerunt certamini. Maioris præterea lætitiæ argumento, vt Ca-  
 rolus nepos Angliæ sorori iungeretur concessit, mandauitque Guterrio suo in Anglia le-  
 gato vt puellæ dextram quasi futuræ domine osculo peteret. Quod Hispanorum more  
 honori & obsequio ducitur. Eo in municipio ineunte mense Maio ex Germana Regina  
 filius est Ferdinando natus, cui Ioanni nomen fuit, magna parentū lætitiā & vniuersæ A-  
 ragoniæ gentis, si vita longior contigisset. Verum intra paucas ab ortu horas expirauit.  
 Corpus ad D. Pauli in eo oppido compositum, deinde Populeti sepulchrum stabile ha-  
 buit monasterio Regum Aragoniæ tumulis destinato. Belli aduersus Venetos compa-  
 randi prima cura erat. Arma necessario sumi Rex videri volebat. Vrbes Apuliæ mariti-  
 mas olim à Ferdinādo iuniore Neapolitano Rege Venetis oppigneratas extorquere de-  
 stinabat iniustis possessorib. bifariam. Quando neq; tunc pignoris legibus steterent, &  
 deinde pecunia oblata de redditione appellati surdas aures præberent, ac vero cōtumeliæ  
 initar ducerent id postulatū. Deinde maiore pecuniæ Hispanicæ summam insumptā, siue  
 cum bello aduersus Turcas captam Cephaloniam de manu Venetis victor Gonçaluis  
 tradidit, siue cum per Hispaniæ fines Rex ipse Galliæ bellum intulit eorum suasu fide-  
 que annua quinquaginta millia numeraturos in bellicos sumptus. Quos nunquam sol-  
 uisse accusabat, quamuis de facta promissione & solutione sæpe appellati fuerant.

*Cardinalis Hispaniæ in Africam transmittit.*

CAPVT XVIII.

INterea vniuersa Castella belli Africani ardebat apparatu. Milites, arma cōmeatus, na-  
 ues conquiri magna diligentia concursationeque. Incitator præcipuus Hispaniæ Car-  
 dinalis maiori quam pro ortus conditione, neq; fortunis minori animo. Et interest pa-  
 rum qualis sit quisque parente modo ingenuus. Is ad promouendam expeditio-  
 nem, non pecuniam modo large suppeditauit, sed ducem bello se præbuit, tan-  
 tus ardor erat Christi hostes extirpandi. Bellici commeatus Malacam collati. Mili-  
 tares copiæ Carthaginem octingenti grauis armaturæ equites regni custodiæ destinati,  
 alii præterea pedites equitesque, pars voluntarii alii ære conducti. Omnino in eo exer-  
 citu quatuordecim millia homines numerabantur militaribus omnes armis instructi,  
 plerique Neapolitanis bellis magnam virtutis opinionem nacti vincere assueti. Cu-  
 ram rei tormentariæ tenebat Dieghus Vera; negotio maritimo Hieronymus Via-  
 nellus

nellus destinatur dux, summa expeditionis Petro Nauarro permiffa. Mense superiori  
 Carthaginis in portum classis vniuerfa conuenerat triremium decem, maiorum præ-  
 terea minorumque nauigiorum ad octoginta. Priusquã ancoras molirentur soluerentq;  
 militum feditio exarsit stipendia exposcentium. Nauarrus inconditis moribus vir frau-  
 dibus & rapinis affuetus, ingenio militari magis quam commodo cuncta miscere. Vicit  
 tamen prudẽtia & patientia Cardinalis, ne præclaros conatus importuna discordia tur-  
 baret. Nauarrum male habebat motis quos ipse designarat, quosdam centuriones è fa-  
 milia Cardinalis fuisse substitutos, locaq; virtuti debita inertes aulicos gratia occupare.  
 Annitentibus viris primariis dissidio pacato Nauarrus nouo iureiurando in Cardinalis  
 10 verba est adactus facturũ quæcunq; imperasset. Compositis controuersis ad septimum  
 decimum kal. Iunii die Mercurii è portu Carthaginensi vela fecerunt bona spe pleni læ-  
 tiq;. Die proximo, qui ascendenti in cœlum Christo sacer erat, secundo à puppi status  
 classẽ in Masalquiuri portum intulere. Eo loco cognitum est aduersus Oranum eam  
 expeditionem suscipi. Vrbs ea Tremesenio regno contributa ciuium sex millia ea tem-  
 pestate numerabat. ad mare sitam validi omni ex parte muri additis ex interuallo pro-  
 pugnaculis cingebant. ædificia partim planiciem occupant, partim in collis latus assur-  
 gunt. Plateæ & vici enormes nulla distinctiõne sed passim erectę domus, neque dimen-  
 sis ad lineam directis & latis viarum spatiis, vt solet gens Maurica ædificandi minime cu-  
 riosa, neque dedita elegantis. Tremesenio disita est centum & quadraginta millium  
 20 spatio Carthagini Hispanicæ exaduersum obiecta. Nobile quondam in iis oris empori-  
 um frequentia mercatorum Genuensium & Catalaunorum eo propter commodita-  
 tem portus confluentium celebre imprimis & frequens: tantis ex eo copiis vt præda-  
 torias biremes magno numero lembosque alerent ordinariis stipendiis magno incõmo-  
 do Beticę littorum, quibus importuni imminebant grauesq;. Noctu nostri in portum  
 inuecti, luce proxima copias in terrã exposuere. In eo acieq; instruenda multę horę abie-  
 runt. In quatuor quadrata agmina gens vniuerfa est tributa, in singulis bis mille & quin-  
 genti pedites constituti, vtraque latera equites muniebant. Cardinalis in templo arcis  
 interea castissimis precibus dederat operam. prius tamen quam instructæ acies in Mau-  
 ros mouerent vrbs aditu nostros prohibere paratos, & iugis proximis se in armis osten-  
 30 tates, vt nostros ascẽsu vtiq; montis arcerẽt, mula ad milites est egressus. multi sacerdo-  
 tes & monachi prosequabantur, crucem dignitatis insigne præferebat Ferdinandus su-  
 per sui ordinis Franciscana veste gladio accinctus reliquorum exemplo Cardinalis ius-  
 su. Insolens spectaculum multis quippe militari ingenio lingua procaci inter metum, ri-  
 sum excussit. Tum Præsul ad circumfusas legiones hac sententia locutus fertur. Si meis  
 verbis cogitarem, milites ad vestros animos inflammandos opus fore: vt ducum aliquis  
 in hoc genere præstas accõmodata oratione ad pugnã accēderet, effecissem. nã neq; ego  
 40 militarẽ facundiam exercui, & victorię spẽ precibus potius firmaui ad Deum fufis. In-  
 telligere quidem vos arbitror pro religione & communi salute esse certamen. pro ea si  
 res feret, sanguinẽ vitamq; profundere esse paratos, neq; incitatore indigere vllõ vestrã  
 virtutis sed freno. Ita vestrã alacritatis conceptiq; animi ardoris ex fronte oculisque e-  
 micantis victorię omen haud dubium, testis tantum spectatorq; veni. Audaciam, ani-  
 morumque vigorem inuictum quem tot bellis milites præstitistis, an æquum sit contra  
 Christiani nominis hostes abiicere? eos inquam hostes qui Hispaniæ littora igne ferro-  
 50 que depopulati sunt, pecora abegere, diripere oppida & agros, matres, vxores, fi-  
 lios, fratresque in captiuitatem egerunt duriorem ipsa morte: siue ferro oneratos, in-  
 culta tenebris, odore tetra ergastula detineant, siue fædis aliis obsequiis ex dominorum  
 libidine mancipientur. Vestrũ ex Hispania discessum contemplatæ matres vestra opera  
 filios expectant, filii parentes: eõque proiecti ante aras ad omnia templa diuinam cle-  
 mentiam cum lachrymis & gemitu implorare non cessant, nulla piacula cælestibus pla-  
 60 tã gloriã inuri maculam? Apage tantum nefas, faceffat dedecus ignauiaq;. Abscedant  
 inanes metus fortibus animis. Ego ego ipse, si cessatis, in medios hostes irruam crucemq;  
 illam Christianæ gentis vexillum & spem inter hostium agmina collocare certum ha-  
 beo. An erit qui sui Præsulis exemplum non sequatur? qui euntem in hostes deserat? Et  
 sane vbi nam vita paulo post interitura sanguisq; maiori fructu ponatur, quam pro re-  
 ligione, pro patria, pro communi salute, gloriãq; vniuersæ gentis Hispanę. Tueri omnib.  
 viribus, quod à maioribus accepimus patrimonium dignitatis ac fame, patriæ religionis  
 dignitatẽ tueri, & sanctitatem. Id vero fixum est animo. Hæc ille dixit, ardentibus ocu-  
 lis, vultuq;, voce contenta, quo latius exaudiretur. Circumfusi omni ex parte milites

ducesque enixe obtestari, in templum rediret, pro cunctorum salute vota continuaret & preces; sibi cum diuina ope destinatum esse sin minus victoria, vti confidebant, certe morte operam industriamque probate nisi victis hostibus non redituros in patriam. Cessit Cardinalis suorum votis reuersus in arcem. in D. Michaelis facello preces cum gemitu & lachrymis fundere non cessauit, dum pugna commissa est. Dies inclinabat in vesperum. Ancipiti Nauarrus sententia an pugnam sustentaret in diem proximum, quid factu opus esset Cardinale consuluit. Censuit ille non expectandum, dum mora, militum ardor remitteret pugne signum expectantium. Quid maiorem hostium multitudinem confluere cessatione paterentur? Nocte interposita multos incidere saepe casus. Secundum hæc verba continuo signum datur. In montem milites magno nisu & alacritate 10 conscendunt. Neque locorum iniquitas, neque Mauri ad duodecim millia equites peditesque fastigio occupato proicientes tela, prouolentesq; in subeuntes laxa & quæcunque ad manum erant, deterruere nostros, quo minus in summum iugum euaderent. Væcordia militari quidam milites Caracæ vrbis ciues iniussu desertis ordinibus impressioneque in hostes facta, non agmine sed turmatim amisso Ludouico Contrerio cæteri necessario retulere pedem pudorem vincente metu. Cæsi caput in urbem delatum per plateas à pueris rotabatur cum clamore, cæsum Alfaquinum. Sic Arabica lingua Cardinalem vocabant. Commotus eo rumore è captiuis quidam aliquando in Cardinalis familiam adscriptus capite considerato diligenter, altero orbatum oculo, oris lineamentis longe aliis, negauit profecto id caput Alfaquini Christianorum esse, sed potius 20 alicuius militis gregarii. Sed inter inconditos plebis clamores captiuo nulla fides. Dum pedites in montem euadunt, equites longiori circuitu per latus montis ad summum euecti cum hostibus dimicare cœperunt, tormentis quoq; displosis cæsi non pauci. In confertos & temere se offerentes non frustra cadebant tela. Pedites tandem addere gradum, impressione in aduersarios facta, arduo ascensu quamuis fessi montis partem occuparunt, cedentibus Mauris quousque ad aquæductus quosdam est ventum. Nouo conatu tormentis in summum iugum magno labore traductis, præterea districtis gladiis alius alium adhorrati hostes ex vniuerso monte depulsos in fugam compulere. Hærentes fugientium tergis, quoniam vrbis portæ clausæ erant, victores iuxta ac victi solutis ordinibus hi in pedibus salutis spem ponentes, illi sanguine nondum expleti ultra urbem 30 processere. Arabes qui erant intra mœnia rei bene gerendæ occasionem ex nostrorum perturbatione venisse rati portis egressi duce vrbano Prætoro pleno gradu in victores feruntur. A tergo adoriri pergētes nouus detinuit terror. Pars nostrorū admotis scalis in muros cōscendere tentabant. Dum hi in se vim ciuiū Arabumq; auertunt, focii militesque nauales à mari, nullo repugante succedentes muro ea parte imbecilliori neglectis custodiis turres quasdam occuparunt arcemque Alcafabam dictam. Accessere manus aliæ militares. Captam urbem momento diripiunt. Maurorum e pugna reliquie, quâuis Hispaniæ vexillis pro mœnibus explicatis cæco furore urbem conantur repetere. Vana est sine viribus temeritas. Nostri victoria superbi per auersam portam egressi hostes à 40 tergo & à fronte circumuentos magno numero cæciderunt. Occisi eo die Mauri quatuor millia, capti ad quinque millia. Victoriæ nobilissimæ lætitiâ auxere miracula diuinis non absimilia considerantibus propter nostrorum militum perturbationem nullam eo die militarem disciplinam, nullū imperium obsequiumve extitisse. dein vix vrbe capta Tremesenus Prætor cum numeroso exercitu aduenit certissimum vrbis præsidium, nisi nostri celeritate forte magis quam consilio eius aduentum occupassent. Cardinalis cuius feruentissimis precibus & sincere religioni non temere vulgo accepta victoria fertur, lætus successu ouansque in urbem ingressus templum maximum ex ritu Christiano solenni cæremonia Mariæ victricis nomine Mahumetanis sordibus expiatis sacrauit. Die postero profecisse se satis vrbe illa capta, inchoata feliciter Africano bello siue ad nominis exstimationem siue ad fructum arbitratus, conscensis triremibus Carthaginem nauigauit, captæ vrbis moderatore relicto Petro Nauarro dum à Rege 50 noua venirent mandata. Carthaginem delatus misit qui Ferdinando Regi gaudium ingens, partam victoriam, urbem captam, se reducem nunciaret. Sic Complutum profectus, id municipium inquit quinto decimo die ex quo Oranum ceperat nullo principali apparatu, priuato quam victori propior. quippe victoriæ laudem non industriæ humane sed diuino patrociniō tribuens an humanæ gloriæ contemptu, modestiaque animi. Et Cardinali quidem fixum erat opinis templi maximi Toletani sacerdotiis Orani Abbatem recens institutum adiungere, partæ victoriæ posteris monumentum. Restitit minutus ac solo ferme nomine Episcopus Auriensis ex indita à Pontifice forte appellatione

latione contendens eam urbem sui iuris fore designati episcopatus sedem hatid dubiam. Peritiores Oranum negabant olim proprio Episcopo fuisse attributam. Auriam ad solis ortum non modico interuallo distitam, quippe prouinciæ Carthaginensis urbem, quod certis monumentis monstrabatur. Oranum & finitimos Tingitanæ potius prouinciæ finibus contineri. Quod lite contestata tandem valuit: & Cardinalis causæ iis opibus ea laude parta passim fauebatur. Non minor Ferdinando Regi eius urbis muniendæ & nouis opibus firmandæ cura erat. Diui Jacobi militibus Vallisoletum ad generales eius ordinis conuentus euocatis, consensu decreuit Orani monasterium ei ordini constituere, eo nobiles crucem insigne eius militiæ sumerent, operamque nauarent in bello Africanò aduersus Mauros Christiani nominis hostes. Atque ut esset vnde noui monasterii sacerdotes & milites vitam tolerarent, à Pontifice Romano impetratum est, duorum monasteriorum Villarii, & D. Martini, quæ ei ordini in Compostellæ & Oueti diocesisibus sita sunt redditus Oranum transferri. Salutare consilium, ut in rebus magnis, enatæ difficultates neque conspirantes sententiæ disturbarunt magnis semper conatibus aduersæ. Ne nouum quidem decretum magis valuit, Bugiæ & Tripoli, quas vrbes Nauarrus proximo anno de Mauris cepit, Calatrauæ & Alcantaræ militibus simili exemplo collegia instituendi. Quod ne fieret, tum alia, tum Italica bella maiori quam antea mole renata inter alia reip. mala & labes salutare consilium plane disturbarunt.

*Bellum contra Venetos.* CAP. XIX.

20 **I**N fædere Cameracensi decretum erat, ut singuli confederati bello Venetos lacefferent per partes, cuncti tamen ne vltra kal. Aprilis bellandi principium sustentarent. Ferdinandus Rex fidei datæ memor instructa in Hispania classe Zamudium tribunum misit cū duobus peditum millib. notæ virtutis, ut adiuncti iis militibus, qui ad Neapolim erant, quinq; millium numerum implerent. lente is apparatus processit, tum Proregis ingenio parum rebus bello præsertim sed & in pace administrandis idoneo, ac tunc suspicanti Neapolitanos proceres inter se conspirare nouarum rerum studio, tū Fabricii Columnæ consilio bellum moueri detrectantis aduersus Apuliæ vrbes, priusquam classis instructa esset ad prohibendam iis littoribus Venetam venturam haud dubium obsessis  
30 opitulatum. Fraus quibusdam visa est, & in communi causa præuaricatio. Benignior & verior interpretatio, sic per errorem iudicasse. Et quis est qui non aliquando fallatur? Primus Rex Gallus arma Venetis intulit. Tramullium miserat cum pecunia ad conducendos idoneo numero Heluetios, reliquas copias Alpes superare iussit, cum primum se anni tempus aperuit. Ipse vestigiis iisdem subsecutus kalendis Maii Mediolanum iniiit. Carolus Amboesa in gratiam patruï Rhotomagensis Cardinalis, ei vrbi præfectus erat vniuersæque Insubrum ditioni bello paceque moderator. Regis iter profecutus est Antonius Dux Lotaringius. Vniuersæ copię hominum ad quadraginta millia in Venetorum ditionem facto impetu, facile oppida quæ ad Abduam fluuium obtinebant,  
40 Gallicis præsidis occuparunt. Veneti in sano delectu exercitum conflarent militum quinquaginta millium. Summi duces Pitiliani Comes & Bartholomæus Liuianus vterque ex Vrsinorum familia, Regi Catholico obnoxii, ob ea oppida & vectigalia quæ in regno Neapolitano obtinebant, nauatæ superioribus bellis operæ præmium. Ad ripam vltiorem Abduæ non procul Laude vrbe, Riuolta oppidum situm est paulo ante de Venetis captum. Ad id oppidum vtræque acies in conspectum venire. Par vtrisque pugnandi cupiditas: Ardentiores Veneti in aduersarios impetum priores fecere. Ancipiti diu Marte pugnatum nihil strenuus ab ignaui, sapiens à prudenti, consilia à casu differre. cuncta pari violentia voluebantur. Italici pedites Gallico peditatu tantisper loco moto meliora ferre visi sunt. Plerunque paruæ res maximas  
50 trahunt, in bello præsertim sæpe ex minimis maxima momenta existunt. Gallica tormenta inter vepreta disposita, atque in inopinantes Venetos repente displosa cum magna ipsorum strage peperere victoriam. Venetorum pedites turbatis ordinibus, Gallici equitatus recens in pugnam inducti seque superfundentis ex omnibus partibus impetum non tulere. versi omnes in fugam cæsi que magno numero sunt. E ducibus Pitilianus cum paucis euasit fuga, Liuianus cum multis in hostium potestatem venit. Nobilis victoria fuit in paucis. loco pugne iussu Galli Regis sacellum constructum est Mariæ victricis nomine rei gestæ posteritati monumentum. Ingens utilitas, quando eius pugnae euentu nobilissimæ ciuitates missis legatis pacem & veniam à victore petierunt. Hæ fuerunt Crema, Cremona, Bergomum, & Brixia, enimvero omnes quæ Gallo in fædere de-

signatę fuerant. Eodem tempore Franciscus Maria Ruuereus Pontificis ex fratre  
 natus, iamque Dux Urbini in locum auunculi Guidonis Vualdi bello in Flaminia contra  
 Venetos cum copiis Pontificiis concitato Salarolum oppidum Fauentini agri primum  
 de Venetis cepit, deinde Fauentiam ipsam & Ariminum. Rhauennam postremo atque  
 Seruiam, quales & quantas ciuitates? certe quidquid de Pontificia ditione occupauerant.  
 Prorex Neapolitanus quamuis lente cunctanterque exercitum tamen sine mensis Maii  
 paratum habuit ad inuadendas Apulię vrbes ditionis tunc Venetę. Prosper & Fabricius  
 Columnę, Amalfitanus, Hadrię Dux, Morconis & Nolę Comites Proregē ad id bellum  
 sunt profecti. Pitiliano Nolani auo, atque Liuiano ante pugnam cum Gallis cōmissam  
 denunciatum fuerat ne suo Regi deessent in bello, alioqui vindictam expectarent, ad- 10  
 uersus beneficiarios parere recusantes legibus constitutam. Nihil illi ea denunciatione  
 moti a Venetis stare maluerunt. Curam equitum Sanseuerinę Comes tenuit, commea-  
 tus Baptista Spinelus Cariati Comes. Villamarinus maris Præfectus idem Comes Capa-  
 cii in portu Messanenfi duodecim triremes instructas habebat decem onerarias. Simul  
 atque amica Gallica classis accessisset ductoribus Albanix Duce & Præiane viro indu-  
 strio in Apuliam iturus ad ea tutanda littora arcendam Venetam classem. Ingentes ap-  
 paratus ne diu essent necessarii, Venetorum prudentia effecit. Trantum obsidebat Pro-  
 rex in magna spe vrbs obtinendę, occulta ciuium machinatione: cum Venetiis legati  
 venerunt arcanis instructi notis per quas intelligeretur haud dubium senatus esse man-  
 data, Brundisium, Hidruntum, Trantum, Molam, Polignanum continuo uti deditio- 20  
 nem facerent ne defensione quidem tentata. Ferrariensis item & Mantuanus quędam oppi-  
 da Venetis detraxerunt, sua olim, uti videri volebant, & ex vetusta memoria, & tabu-  
 lis demonstrabant. Aduersus prostratos obsoleta quoque iura solent valere. Cuncta ele-  
 menta in perniciem nobilissimę vrbs conspirasse visa sunt, atrox ex omni parte vento-  
 rum procella instare, ut miraculo simile videatur penitus non concidisse. Ea est huma-  
 nę vitę conditio, neque bona propria sunt, neque mala perpetua, in orbem aduersis  
 succedunt prospera, tristia secundis. Tanta certe in præsentī Venetorum consternatio  
 fuit, ut de vrbe dedenda Ladislao Regi Hungaro cogitasse fama sit, eius viribus speran-  
 tes afflictis rebus ac desperatis propemodum, leuamen. Per tot ætates inuiolatam liber-  
 tatem illius primum fidei ditionique permissuros. Cedit interdum generosus spiritus  
 necessitati, & sæuientis procellę viribus succumbit. Pisani etiam Florentinis tandem 30  
 cesserunt amissa libertate. Ad superiora mala, quę si fuissent extrema, intoleranda vi-  
 debantur; atrocior Venetis certe ex Germania pestis accessit. Cæsar & sua sponte &  
 sociorum exemplo excitatus cum copiis ineunte mense Iunio Oenipontum venerat  
 in Alpium iugis sitam vrbes, Venetorum finibus ea parte bellum illatum. Italicis e-  
 quitibus grauis armaturę ducem destinarat Constantinum Cominatum Macedonię  
 Principem. Ludouicus Gonzaga Mantuani patruelis, & Mirandulę Comes, alii que  
 ex Italica nobilitate in ea expeditione Cæsari militabant. Italię viribus impugnabatur I-  
 talia. Accessere mille & quingenti Hispani, qui Gallo Rege tandem relicto ad Cęsa-  
 rem se contulerant. Non se deseruere tamen Veneti ad alia mala nouo exagitati pe-  
 riculo. cum primum Esteranum Cæsar peruenit, eum de pace interpellare decreuerunt, 40  
 iis conditionibus quas vellet imponere. Eius rei argumento ad eum chartam candi-  
 dam misere præter subscriptiones senatus nullis impressam notis. Sic fama tulit. tuere-  
 tur modo miseris, atque in ea rerum omnium desperatione nobilissimę vrbs patro-  
 cinium susciperet. Repulit ille preces, quocumque ibat deditis oppidis primum quę  
 Benaco lacu alluuntur, deinde vrbs Verona, Vicentia, & Patauio, ferme ut in Ita-  
 lia nihil Venetis superesset, superbus rerum humanarum inconstantię immemor,  
 nisi vrbe ipsa Venetiis capta non videbatur quieturus. Et utique eam mari terra-  
 que virgere parabat tum Hispanica & Gallica classibus, tum terrestribus suis & Galli  
 copiis secundo Meduaco obsessos fatigare, commeatuque prohibere. Expugnata  
 iis viribus vrbes diuisam quadrifariam totidemque impositis arcibus inter socios di- 50  
 uidebat cuique parte attributa: si pares somnio euentus contingerent, certa victo-  
 rię spe præsumpta. vnus vrbs in quatuor partes diuisa totidem inter socios imperium  
 diuidi. Ingenium varium, inconstans, multiplex, præpostera cogitationes, vana con-  
 filia, vani conatus. Non displicuit Ferdinando Regi Cæsaris consilium initio, Apulię  
 quamuis vrbs receptis, dimitti Hispanos omnes, præter quingentos quos Zamu-  
 dium in Hispaniam referre iussit, classe modo in Italia relicta. Paulo post tamen repu-  
 lit. Ne ipsi quidem neque Pontifici visum est, è republica fore eius vrbs excidium. At-  
 tentius enim re considerata præter vanitatem eius molitionis providebatur, quidquid



ultra præscriptos in fœdere fines progressum esset, id totum ex Galli commodo fore. Pro-  
 pinquo Mediolanensi principatu, sociis longinquis, non dubitaturum pace facta, vniuer-  
 sam eam urbem primò quoque tempore pulsò sociis armis occupare. Ex eo ne ad Italiæ  
 totius imperium aspiraret, ac vero romanæ ecclesiæ de manu dare Pontificem tentaret,  
 verendum erat. Qui metus Iulium Pontificem sollicitum habuit, ne se viuo faceret validus  
 opibus & ingenio. Usque eo ut Cardinalem Rothomagensem antea riualem, Tridenti  
 cum Cæsare collocutum fuisse, curasse etiam ut Cæsar & Gallus inter se viderent ægerri-  
 me antea tulerit. Certe monstri simile aliquid versare eos Principes animis in suam ac  
 ecclesiæ perniciem. Fluxa est potētia & solita opinione magis hominum quam suis viri-  
 10 bus nitens, qualis sacerdotum est. Itaque eorum Principum colloquium impedire omni  
 ope contendit: idemque Ferdinandus rex curauit, per legatū suum Iacobum Concillum  
 tum Episcopum Catanæ Cæsare persuaso in gallicæ amicitia specie insidias latere.

*A Venetis Patauium receptum.* CAPVT XX.

CONFECTO Rex Gallus bello magna atque incredibili celeritate neq; gloria fructuque  
 minori Mediolanum rediit, indeque in Galliam abiit quo regni curæ vocabant. Mil-  
 le quingentos grauis armaturæ equites per vrbes recens partas distributos præsidio reli-  
 quit rerum moderatore Carolò Amboesà Chaumantio regulo, magno Gallia Magistro.  
 20 gētis instituto maior quam Magistri equitū is honor & auctoritas est. Cæsarei exercitus  
 pars multo maxima in Taruisinos & Friuoléses seu Foroiuliéses fines incubuit: quoniam  
 imperata facere aliarumq; vrbiū exemplū sequi detrectabant contumacia. Eo maior im-  
 petus festinatioque & spes, quod continenti Italiæ certe nihil præterea Venetis erat ex  
 ampla ante ditione relictum. Nouus conatus, vnde periculum maius timebatur, victis re-  
 surgendi opportunitatem attulit. Patauii ciues Germanorum imperium, relictumque a-  
 deo in vrbe præsidium graue ducētes defectionem meditabantur. Eam Veneti occasio-  
 nem arripientes, & quoniam hostiū copia procul aberant, consilio cum iis ciuib. occulte  
 cōmunicato, rebusq; omnibus comparatis, eam urbē recuperarunt. Andreas Gritus cum  
 mille equitibus grauis armaturæ & aliquanto peditum numero portis occupatis, accur-  
 30 su præterea ciuium veteri imperio fauentium, cæsos Germanos compulit in arcem se re-  
 cipere: quam die quoque postero ad deditionis condiciones adegit. Sic dies duos & qua-  
 draginta postquam ea vrbs fuerat amissa, in Venetorū potestatem venit. Melioris spei in-  
 itium id fuit, miseriarum finis. Leui momento surgunt res humanæ caduntque. Amissæ  
 eius vrbis nuncio Cæsar ad Marosticam accepto oppidum in Alpiū faucibus situm vi-  
 ginti quatuor millibus Patauio dissitum, ne circumfusus hostibus transitus impediretur,  
 Scalā abiit ad Oenipōti Austriacæ ditionis fines. Continuato Veneti impetu Assulā ce-  
 perunt, centū & quinquaginta Hispanis, qui in eo oppido erant, trucidatis. Simile exem-  
 plum in ducentos alios Hispanos editum est Castelfrancum præsidio obtinentes: vbi &  
 centurio Aluaradus est captus. Tanta erat vindictæ rabies, ut ex mille & quingentis Hi-  
 40 spanis, qui à Gallo ad Cæsare transierant, & licentia militari incolas irritant rapere, spo-  
 liare vi & stupris cūcta polluere per agros & oppida aslueti pauci euaserint, quin cæsi aut  
 capti fuerint. Inuidiosum Hispanorum nomen auaritia eorum ac libido indigenis fece-  
 rat. Veronam ad Venetos & ipsam propensam Patauique exemplo defectionem medi-  
 tantem Palicius accurrens cum copiis frænauit, dum a Cæsare idoneum imponeretur  
 præsidium, copiarum è Belgis atque è Germania aduentum ad Alpiū fauces susten-  
 tante, atque ab Italiæ finibus abstinate, ne maiestas ludibrio esset si in tanta alienatio-  
 ne Italicæ nationis exiguis viribus bellum repeteret. Ergo iis copiis appulsis conflatoque  
 exercitu hominum ad triginta millia, missis præterea à gallo mille & trecentis equitibus  
 auxilio, à Pontifice trecētis, nouo conatu in Italiam irrumpens Patauium obsedit Nonis  
 50 Septembris. Pitilianus ac præcipui Venetorum duces præsidio accurrentes in urbem in-  
 gressi sunt, quiduis perpeti parati ne in hostis rediret potestatem. In duobus millib. equi-  
 tum Epirotarum præcipua vis. ii frequenter eruptione facta ex vrbe nihil Cæsareis tutum  
 relinquebant, ne respirandi quidem spatium. Dispositis tormentis hostes magnam par-  
 tem muri ad terram strauere, per ruinas tamen in urbem euadere supremo conatu ten-  
 tantes ab obsessis sunt repulsi pertinaci contentione, nouis identidem per Meduacum  
 auxiliis confirmatis, prorsus ut ad viginti quinque millia defensores in vrbe essent ido-  
 neus numerus non ad tuenda modo mœnia, sed ad conflagrandum æquo Marte patenti-  
 bus campis. In primo impetu multi Hispani propugnaculo capto, tormentarii pulueris  
 cadis, quos sub terra condiderant incensis discerpti sunt Hispanicæ militiæ flos, quippe

ex Magni Gōsalui disciplina pleriq; Fregit hoc incommodū hostium animos, vsq; eo vt honestam aliquam occasionem dari cuperent discedendi sine ignominia, nulla iam victoriæ spe. Itaque discessere tandem Octobris initio, nulla famæ cura, quoniam metus periculi iuxta & moræ tædium fatigabat. Magna famæ vis, in bello maior. Intempestius discessus effecit, vt magna repente rerum conuersione facta multorum auerterentur animi. Cum spe vinci Germanos posse, accessit pugnandi animus. Vicentini primi correptis armis & à Patauio euocatis auxiliis in Gasparem Sâseuerinum & tria Germanorum millia præsidio Cæsaris nomine eam urbem obtinentes impressione facta se dedere & urbem relinquere coegerunt. Alia parte Venetorum copiæ non quiescebant, sed instandum fortunæ quæ conuerti videbatur ratæ, oppida prope Patauium à Ferrariensi dudum occupata inuasere. Ex iis Ateste, Monfalice, & Montagnana continuo imperata fecerunt. Vnde suspicio ac vero certa fides inuitatu incolarum excitari bellum, neq; Venetorum vi aut inertia hostium, sed fraude tot victorias constare. Ab his quidem initiis Veneti elati aduerso Pado classem miserunt Ferrariam urbem obsessum. Terra eodem missæ copiæ ex itinere Polesium, & Robigum de Ferrariensi sine sanguine receperunt. Resurgentibus passim fauebatur à gente hostibus infensa. Ad Ferrariam non eadem fortuna fuit. Dux & Cardinalis frater auxiliis à Pontifice & Gallo Rege missis in aciem progressi tormentisque in ripa Padi collocatis scienter, classem Venetorum quassatam mersere, atque ita vt è triremib. decem & septem, amissis omnino quindecim soluere obsidionem non sine ignominia fuerint cæteri coacti. Prius tamen quam id contingeret Franciscus Mantuanus cum equitū numero in suam urbem pergens infessis itineribus ab Andrea gritto captus fuerat. Idoneus quem cum Liuiano permutarent à Gallis eatenus detento. Grande pretium: sed ea erat virtutis opinione Liuianus, vt nihil Veneto senatui nimium videretur. Quamuis plerique accusabant cladem ad Rioltam eius temeritate & festinatione fuisse acceptam, eoque præceptis ingenium vitandum, ne resurgentes Venetorum spes noua imprudentia euerteret. Verona inter spem & metum fluctuabat, metus pro Cæsare suadebat, libido pro Venetis. Præsidio impositus Ioannes Emanuel cum duobus Hispanorum millibus, & galli auxilio superuenientes ad defectionem procliuus retinuerunt. gallici auxilii dux erat Obenignus, eius Obenigni ex fratre an sorore nat<sup>9</sup>, quem in Neapolitano bello inter Gallicos duces à virtutis opinione inter primos celebrant iure historici Galli. Carolus Amboesa cum robore Gallici exercitus Brixiam inter & Cremonam statua habere in omnem occasionem intentus rei bene gerendæ, socios subleuandi. Triuulcio Brixie custodia concredita. Veronæ in locum Ioannis Emanuelis ipso missionem flagitante, Ludouicus Beamontius, qui ab annis superioribus gallica stipendia faciebat, tuendæ curam suscepit magnus nobilitate, neq; minor industria virtuteq; domo Vasco.

*Controuersia inter Casarem & Ferdinandum composita.*

C A P V T XXI.

**L**Erini Comitis obitu magna Ferdinandum Regem cupiditas inceserat efficiendi vt Ludouicus Beamontius in maiorū opes & locū restitueretur defuncti filius, atque ex Ferdinandi ipsius sorore vsq; dum superstitite natus. Maiori ardore in eū conatū incubuit, quo tempore bellū in Insubrib. magna contentione gerebatur: si agēdi dexteritate offensus animus flecteretur. Nihil neq; eius auctoritas, neq; diligentia valuit: ne infontem quidem esse filiū in iis quæ pater peccauerat. Iniquum videri parentum peccata filiorū pœnis sui. Vim adhiberi & metum placuit. Ac præsertim noua iniuria irritarant Sanguessæ incolæ in Aragoniæ vicinos fines inuecti. Facto species prætexta, oppida Vlim & Fileram ad vetus eius municipii ius reuocandi. Aragonii conatum intempestiuū vindicârât in Sanguessæ agros irruptione facta, atq; in oppidanorū oculis planiciem subiectam municipio longe lateq; vastantes, segetibus, arboribus, tectis ignes iniecti. Maioris belli fundamenta ab his initiis iacta: sed quoniam priuatæ controuersie erāt nondum publice arma mouebantur. Ac Ludouicus quidem Beamontius precibus, patientia, & modestia impetrare satagebat, priusquā ad vim procederetur, paternam ditionem honoresq; alios. Sic in Vasconib. res erant periculo proximæ. De cōtrouersis Cæsare inter & Ferdinandū Regem, sanciendaq; per cōditiones cōcordia serio agebatur. Castellæ procurationē vtroq; ad ius suū reuocâre Ferdinandus quamuis possessione potior liti finē imponere oppido cupiebat: proceribus quibusdam, qui rebus nouis studebant, sanandis remedium aut hoc aut nullum fore idoneum ratus. Sed cum eo tamen si Isabellæ vxoris voluntate ex parte

parte mutata, dum Regina filia viueret rerum sibi administratio relinqueretur tutela iure à legibus haud dubium patri dato, quod Regina vxor neque voluit neque potuit immutare. Ea demum defuncta facile adducebatur Carolo nepoti scepra de manu tradere, modo annos viginti nato, vti Regina sanxerat testamento. Ita suo tantū comodo defunctæ voluntati stari volebat, mutari contraria. Et est humanus animus insatiabilis, cupiditas imperandi aliis affectibus maior. Iudices in causa consensu designati Gallia Rex & Rhotomagensis Cardinalis blandimento accommodato eorum benevolentiam amplius promereri destinabant scilicet: alioqui facturi quod inter se è re vtriusque fore præiudicassent. Vt condiciones nuncuparet Andreas Burgius in Hispaniam remissus, benigne acceptus atque habitus est. Apud Cæsarem Catanæ Episcopus de eadem re disceptauit Ferdinandi legatus. Duorum opera subiectæ leges scriptæ sunt. Castellæ procuratio penes Ferdinandum dum vixerit, propria esto, qua ratione ante est explicatum. Mascula proles si forte ex germana Regina sit nata, certæ nihilominus in Castellæ regno successionis Carolo nepoti satis dato. Quo pignore, quibus vadibus? Nouo, si ita contingeret, sacramento in gentis conuentu adigi populos placuit; in Caroli verba eius regni hæredem fore. Ferdinandus Rex in primis Castellæ conuentibus rectam rerum administrationem iuraret. Vt Asturum principatus vectigalia Carolo cederent, Cæsar petebat, ne nomen principis esset inane. Negabat Ferdinandus vlli id Regum filio datum calibi. Concessit tamen annua triginta aureorum millia, aucta quoque ea summa cum vxorem duceret, quantum iudicatum esset æquitati consonum, & ærarii tenuitas pateretur. Centum aureorum millia destinabat sibi Cæsar, inopiam sic supplere è Castellæ vectigalibus concordia hæud magnum pretium. Excusauit Ferdinandus exhausto ærario reddenda necessario creditoribus quingenta aureorum millia mutua à mensariis sumpta & spatiis funebrib. aucta. Dare tamen quinquaginta aureorum millia à Florentinis ciuib. debita Pisanæ libertatis prodita pretium. Missurum præterea bello aduersus Venetos trecentos cataphraetos quadrimestri aut quinquemestri stipendio de suo. Additum præterea, vt quocunq. tempore Carolus Princeps in Hispaniam venturus esset, instructa classis ad eum vehendum mitteretur. Eadem vbi venisset continuo Ferdinandus frater veheretur in Belgas. Tantarum molitionum ignari Ioannes Emanuel alique ex Hispania nobiles in Germania versantes cum primum fœdus pactum rescuerunt, disturbare conati nihil profecere tamen. Ac potius vt importunos eorum conatus eluderent, res integra ad Margaritam Principem ablegata cum ampla patris nomine paciscendi facultate. Eius diligentia finis controuersis est impositus: ac superiores conditiones sancitæ sunt. Ad hæc quædam simulatione ad Regem Gallum concordia capita, quasi re integra deferri visum est, vt adiuncto Rhotomagensi Cardinali, q. æquitati videretur consonum, id sententia pronūciata statueretur. Blesis vbi Gallus morabatur, disceptatores præsto fuere pro Cæsare Mercurinus Gatinaria Burgundia Præses, & Andreas Burgius eius ordinarius legatus deinceps in Gallia futurus: pro Ferdinando Iacobus Albiõ eius item penes Gallum orator, & Hieronymus Cabanillas in eius locum in posterum destinatus. Iis agentibus instituta cognitione liteque contestata perrogataque, atque sententia pronunciata pridie Idus Decembris fœderis cõditiones omnes comprobatae sunt de quibus inter partes conuenerat. Ac secundum eas, iis qui Cæsaris aut Caroli Principis partes secuti erant, bona paterna sunt restituta facultasq. concessa in patriam postliminio redeundi. Petro quoque Gueuaræ eatenus victo reddita libertas. Hunc exitum diurnæ controuersia habuerunt, quæ sollicitam tenuerāt Hispaniam. Inita concordia quidam è nobilitate quasi in Caroli Principis obsequiis aulaque versari vellent in Belgas discessere. quietis impatientia agitabat. In eo numero Alfonso Mañricus Pacis Augustæ Episcopus inquieti ingenii vir, alieno semper à Ferdinandi rebus animo, tædio præsentium exilium tranquillitati prætulit. Hoc tempore Pitilianus Veneti exercitus imperator ad Lonigū agri Vicentini oppidum ex morbo decessit eo maiori studio Liuiani libertas expetita. De Lemosio Comite, quoniam turbulenta consilia cū Belgis & Lusitanis agitare erat perspectum, nouo decreto statutum vt fidei pignus Sarria & Monfortii arces Pozæ regulo traderet ea tempestate Colæcia rebus Præfecto. Raymundus Cardonius in locū Ripagorsæ Comitis è Sicilia, vbi res gerebat euocatus Neapolim regendam suscepit. Siculos Hugo Moncada, vterque Proregis nomine potestateq. De abdicatione Ripagorsæ Comitis multa in vulgus iactata sunt. Pleriq. eius ingenium accusabant tantarum rerum procuratori non satis idoneū. Excitat quosdam rerū magnitudo, obtundit alios. Vrsinorum delationibus quidam de culmine deturbatū suspicati sunt. Verum statuere quis audeat? quis plebis linguas frænare? Principū offensionis & gratia

causas rimari, leui momento in contrarias partes circumactæ? Nullius enim uero tanta claritas est, quæ malignitatis dentes fortunæ vicissitudines possit vitare.

*Bugia & Tripolis de Mauris capta.* CAPVT XXII.

**A**Rdebat Ferdinandus incredibili cupiditate vertēdi arma in hostes Christiani nominis, maiori laude certiori fructu bellum quam quod tanta contentione cōtra Venetos gerebatur. Ita confecto eo bello, ut breui fore confidebant, & a quoque sociorum urbibus sui iuris receptis nunquam placuit Venetorum remp. funditus euertere, sed stare potius incolumi libertate: suis viuere legibus & imperio. Ac in partem potius fœderis societatisque recipi Venetos volebat, ut communibus armis terra marique inuaderetur Turca communis atque infensus hostis piorum nationis. Discrepantes in eo voluntates diffidentia inter se vota in vnam sententiam pertrahere res ardua erat. Quod proximum videbatur, ad suas vires adiuncta ope quam pro se singuli Principes sponte cōmunicarent id bellum suscipere atque in Orientem proficisci sacre expeditionis dux in animo fixum habuit, laudauit Pontifex eos tanti regis pro pietate conatus, seque pro virili iuuaturum est professus. Neapolitanæ & Siculæ opes commodissimæ erant in bellum vicinis auxiliis parato comœtu. Hæc Rex ille præ se ferebat. rerum statum attente considerantes absolum prorsus & alienum ab eius prudentia iudicabant, prouecta Principem ætate gentisque in Castella animis non satis pacatis tam procul ipsum a finibus discedere, cum bellum Africanum esset in manibus, longinqua & difficiliora meditari. Ergo eo conatu in præsentem reiecto, ad expeditionem Africanam, optimo principio, ad omen certissimum felicitatis exitus, antea inchoatum maiori mole promouendum retulere animos. Petrus Nauarrus in Masalquiuiro portu tredecim naues habebat lecto limite, & armamentis & rebus omnibus instructas. Ea conscensa classe in Ebusum insulam nauigauit: ubi Vianellus cum classis parte eius aduentum expectabat. Restitere vnâ dies aliquot, dum hyemis sæuitia & maris tempestates remitterent. Bugiam, quæ olim Thabraca fuit, petere consilium erat, eo loco inter milites vulgatum. Longa omnis mora ad prædam festinantibus, urbis nobilissimæ in Numidiæ quidem littore sitæ non procul tamen Mauritaniæ Cæsariensis finibus, inter Tunetanos & Tremesenios reges ex interuallo alternantis: donec Abuffericius Tunetanus Rex ad suum imperium stabili possessione adiunxit Abdulhazis à patre relictam regio nomine obtinuit ab imperio Tunetano liberam posterisque iure quo potuit optimo hæreditariam reliquit. Abdurrahmel ex illius posteritate eam in præsentem obtinebat pulso Muleio Abdalla, qui meliori iure niti videbatur, quippe ex ipsius fratre maiori natus. Odii causæ, quia iniustæ acerbiores, inter alias ambitio dominandi sæuum & impotens malum. Ad latus ardui montis sita erat, perpetuoque muro cincta veteri quidem sed valido. Arx satis firma in superiori urbis parte eminebat. Supra octo familiarum millia eo tempore numerabat. publicis philosophiæ scholis, auditorum frequentia præter cæteras Africæ vrbes celeberrima. Ager inæqualis rupibusque impeditus, eoque serendis arboribus quam segetibus commodior, aliunde aduecto frumento vitam tolerabat. Kalendis Ianuarii principio anni millesimi quingentesimi decimi Hispani ex Ebuso soluentes quinque diebus littus Africæ tenuerunt. Copias eo die in terram exponere aduersi flatus vetuerunt. E iugis montis se Rex Maurus ostentare decem millia pedites, & aliquot equitum turmas secum trahens. Eos ad littus appropinquantes, nostros ut excensione prohiberent, tormentis classicis excussæ pilæ procul arcuere. In terram expositas copias nullo prohibente in quatuor agmina Nauarrus distribuit. Eo ordine magno nisu superato monte ad pugnam festinabat, quam Mauri detrectarunt, præ metu in urbem regressi mœnibus magis fidentes quam armis. Fefellit ea quoque spes, nostrorum pars per latus urbis veteris desertæ à ciuibus, alii per superiora muro succedentes admotis scalis breui in urbem irruerunt. insolitus pavor ciuium mentes occuparat. Ita intra urbem nullo resistente in prædam auersi milites. Rex cum copiis deserta mox vrbe per auersam portam se foras proripuit. Terruit ea victoria vniuersam Africam, eo lætior quod Muleius Abdalla rebus turbatis è custodia elapsus, qua detinebatur a patruo ad nostros perfugit. Superi quos premere instituit, in præceptis dant. Nostri & virtute potiores & successu læti, vrbe egressi tyrannum ad trigessimum lapidem castra habentem denuo facto impetu compulere in fugam. Nihil neque apud se remissum, neque apud illum tutum pati. Ea diligentia successuque præteritæ finitimæ ciuitates certatim obsequium detulere Ferdinandi fidem patrociniūque implorantes, veniam & pacem oratum misere legatos. Princeps inter alias Algerium, quæ Circa olim Masinissæ regia à quibusdam

quibusdam fuisse creditur, certe Arabū lingua Gezer hoc est insula vocatur, ab ea quam in mari vicinam littori & obiectam habet, tunc modica viribus & ignobilis, hoc tempore Hispaniæ terror nostris spoliis extracta, superbaque iuxta ac clara. Algerii exemplum Tenecius Rex & vrbs Tedeliciū secuti sunt. ipsi adeo Mostaganiincolæ & Tremesehnius Rex nostros de pace & se dedendo appellarunt cuncta virtuti peruia fore territi barbari iudicabant, nihil Nauarro præsertim duce arduum. Leges omnibus impositæ, quibus in amicitiam fœdusque venirent. Præcipuæ erant, vt captiuis Christianis sine pretio libertas esset, & vectigal honorarium singulis annis cum fide repræsentarent. His rebus quamuis districtus Petrus Nauarrus bello interim maiori conatu apparando curam impendere, gnarus modicas esse vires sibi & instandum famæ, antequam consternatis hostibus fiducia rediret. Fama bella geri magis quam viribus. Quo tempore in Orientis oris Alfonso Alburquerqueius susceptam procurationem à præclaro initio auspicari cupiens, in Decano Indiæ littore eam urbem occupauit, sedem deinde imperii Lusitani in iis regionibus nobilissimam. Insula eiusdem nominis sita est, quam fluuius neque tenui neque multa aqua duobus ostiis in mare mittens efficit angustam quidem spatii ac vix viginti millium ambitu, cæterum commodissimam Orientis commercio, propter maris & multarum gentium vicinitatem, quarum ad fines iacet. Rei bene gerendæ opportunitatem Zabaimus Idalcanus obtulit imperium tunc obtinens eius vrbs: bella enim longinqua defendendi necessitate milite vacuam reliquerat venturi securus. Timoria pirata cum quatuordecim biremibus de finitimis prædas agere solitus, re cognita Alburquerqueium monuit opportunæ vrbs capiendæ occasionem non videri prætermittendam. Ille cognito piratam vera prædicare, salutaria monere cum classe in portū inuectus haud ægre urbem occupauit ad quartum decimum kalendas Martii. Longe alia Francisci Almeida decessoris fors fuit. Ad Bonæ spei promontorium epibatas & socios inter in littus aquatum & com meatum quærendum egressos & Æthiopes, quos Cafres vocant, concitata forte rixa, cum præsidio suis è nauib: accurrisset, in pugna periit durata præustaq; igne sude traiecto gutture: Crudelitas fati tanto viro non debita. Qui maiora sæpe pericula mari terraque euaserat, inuicta virtute magnam nominis celebritatem consecutus fuerat, gentis vilissimæ manu corruit. ipsa morte tristius mortis genus. Periit ipse Kalendis Martii. Garfiam Toletum Albani Ducis maiorem filium expeditioni Africanæ ducem Ferdinandus destinarat, propter viri nobilitatem maiori auctoritate fore bellum prouidebat. Et quoniam Nauarri opera necessaria videbatur in Italiæ bellis, quæ maiori mole renascebantur. Aliquot menses abiire priusquam is ex Hispania discederet. Moræ impatientia Nauarrus & quia insueti cœli æstus & grauitas morbos inter milites vulgauerat, ad septimum Idus Iunii Bugia soluens Fauignianam abiit: quæ insula Lilybæo Siciliæ promontorio vicina Cosyra veteribus fuit. Eo Neapolitanæ & Siculæ triremes adiuctis pluribus aliis nauigiis ex antea condito appulere. Ad octo millia militum quæ Bugia veniant, nouæ classis appulsu accessere alia sex millia: His omnibus copiis apparatuque ex ea insula sublatis velis intra paucos dies in Tripolis conspectum se dedere vrbs ultra Numidiam inter duas syrtes sita in prouincia, quam peculiari nomine dixerunt Africam, Tunetano antea Regi subditæ, nunc eo excusso imperio peculiari regulo seruentis, quæ Xequem vocant. Circumfluo plurima ex parte mari, non ita latum à terra additum turrito muro & fossam permeante aqua munitum habet. Inerant milites & prouisi antea com meatus: Numidæ quoq; equites, aliiq; Mauri ad præsidium accurrere, prorsus vt par nostris numerus militum in vrbe esset. Nauarrus tamè expositas in terrâ copias, bifariamq; diuisas, partem cū Mauris pugnare iussit, qui ad littus prodierat nostros vt excensione prohiberent, reliquis data cura urbem impugnandi. Præterea à mari militum & nautarum manus egressa cum scalis ea parte in urbem transcendere tentarunt. Acris pugna extitit, duabus horis magna contentione pugnatum victis tandem fuisque Mauris, in urbem ad motus scalis, qua parte Victoriæ porta cernitur ferro est penetratum. Ioannes Ramirus gēte Aragonius nobilis genere inter primos muros scandit secuti cæteri noua intra urbem pugna instituta, difficiliora omnia opinione inueniunt. Acuebat Mauros desperatio haud quaquā iam de victoria sollicitos sed ne inulti caderent decori exitus cura. Cessit virtuti rabies furorq;. Occisi ex Mauris ad quinque hominum millia sunt, capti plurimi, atq; inter eos vrbs regulus. Neq; nostris incruenta victoria fuit. præter gregarios milites non paucos, nonnulli genere aut factis nobilissimi ceciderunt. In hoc numero è Cabreris alter patruo regio cubiculario & propria virtute promeritus, vt memoriæ inseratur. Rodericus item Porres tribunus militum periit, & Christophorus Arriarā maris Præfectus, magnus animo, prudētia par. Vrbs diripiēda militib: est tradita, id nauaræ operæ præmiū extitit, profun-

do ventre cum cæteris victarum gentium spoliis eam quoque copiam merfuris, futuri temporis nulla cura. Classis præsidio relictis captiui dati sunt, mercesque intra urbem inuentæ. Eo temperamento Nauarrus quando militum sitim opulentæ quamuis urbis spolia non sedarunt (qui enim possent) tumultum & rixas compefcere satis habuit.

*In bello Italico parum promonebatur.* CAP. XXIII.

**B**ellum contra Venetos ducebatur, minori ardore quam antea. Conatus initio validi mora languerant. Rex Gallus receptis sui iuris urbibus se festinus in Galliam receperat: in Germaniam Cæsar bello inchoato neque finito, quando Taruifini & Foroiulienfes atque Aquileia subiugandi supererant, Padua impositū iugum excusserat. Veronam cum subiecto agro Galli obtinebant, oppigneratam, dum sexaginta aureorū millia redderentur à gallo Rege in belli sumptus mutua Cæsari data, adiecta lege vt nisi intra annum ea summa esset reddita, urbis imperium suo iure retineret. Pecuniæ in stipendium difficultas maxima Cæsaris conatus retardabat. Socios vt in Cameracensi foedere sanctum præscriptumque erat, de communicanda ope appellare, dum communibus armis eas vrbes sui iuris efficeret, Venetis ereptas ad imperium adiungeret. Cæsarei exercitus dux summus Analthi Princeps nulla auctoritate, exiguo numero militum, q̄ debita stipendia non soluerentur. Æqua petere visum est. Ita Carolus Amboesa magnus Galliæ Magister valida auxilia communicauit: eaq; ope Vicentia recepta est ciuium deditio ad Cæsaris voluntatem. Neapoli Vincentium Capuanum Termestinū ducem militari scientia præstantem multis in rebus fidum antea expertus Ferdinandus Rex & cum eo quadringentos cataphractos misit auxilio lectissimam manum ex eorum Hispanorum numero qui Neapolitana stipendia faciebant. A Pontifice nulli venire milites, nulla se lege teneri, vt auxilia mitteret, persuaso, siue in Gallum Regem ira Ducem Ferrariensem hostem suum palam tegentem. Quod magis suspicor Venetorum calamitate flexus ad misericordiam, nobilissimam urbem malis castigatam perire penitus non ferebat. Itaq; solutos anathemate quo erant impliciti, in gratiam foedusq; accepit. Quod erat præcipuum, eorum ope vti volebat aduersus Ferrariensem Ducē quâsi gallici patrocini fiducia rebellē imperio. Odium acrius quam pro noxæ modo. Iis littoribus elluue maris arefcente vnda sal con- crescit. Ergo salem Comacii ditionis oppido conficere crimen erat, cum incommodo vectigalium quæ ex Pontificiis salinis ad Seruiam proueniebant. Præterea è mercibus quæ secundo Pado Venetias vehebantur, noua exigere portoria. Ab his initiis irritabili ingenio Pontifex euocatum Romam ad dicendam causam, ac venire recusantem lege maiestatis damnauit, principatus, quem beneficio ecclesiæ romanæ obtinebat, iure decidisse. Ægre seueritatem Pontificis tulit Gallus Rex. vindicandi ardore Gallicos Cardinales & qui sacerdotia obtinebant in Gallia, continuo Roma discedere per edictū mandauit, nisi parentent atq; suas singuli ecclesias inuiserent, ac per se regerent, annuorū vectigalium multam comminatus. Ex his initiis magna diffidiorum moles cōsecuta breui est. Et tunc Pontifex Venetis triremibus genuam misit Octauianum Campofregosum, aliosq; Genuenses exules, vt eorū opera, suaq; auctoritate q̄ in ea vrbe obtinebat, quippe Sauonæ vrbe vicina natus, ciues sub imperio gallico quiescentes ad mutandam fidem impelleret. Simul si quid ea diligentia in vrbe moueretur, Marcum Antoniū Columnam Luca, vbi agebat, cum equitum & peditū manu propius accedere, præstoq; esse ad omnem rei bene gerendæ occasionem mandauit. Conatui successus defuit. A Venetis tamen Mantuanum dimitti è vinculis & captiuitate liberum impetrauit, idoneum hominem ratus quem Gallico, q̄ meditabatur, bello ducem præficeret, fidei obside eius filio, quem tradi sibi voluit à patre belli Ferrariensis cura Francisco Vrbinati Ioannis fratris filio demandata est. Vniuersam eam ditionem occupare armis ipsamq; urbem Ferrariam Pontificibus Romanis quippe directis dominis restituere destinarat, Galli nulla cura in cuius tutela erat, & Dux eius auspiciis bello districtus. Belli initia læta fuerūt, tristis exitus. A Pōtificiis enim breui quæcumq; oppida & arces Ferrariensis in Aemilia ultra Padum obtinebat, armis præsidiiq; sunt occupata. Lucus circumfessa accurrit præsidio ex Insu- bribus Chatillonius cū trecentis Gallis cataphractis ad quartum Kalendas Augusti. Eius aduentu Pontificii veriti vt pares essent, Lucensis arcis obsidione soluta raptim Forū Cornelii abiire mæniū & munitionis fiducia. Præsidio destituta oppida præsertim veteri imperio, incolis studentib. facile ad ditionē Ferrariensis rediere: sed belli fortuna alternante rursus amisit. Cardinalis Ticinensis Mutinā ciuiū quorundā fraude porro occupauit Pontificis nomine. Rhegiū finitimā urbem ne pari arte caperetur ad idoneā militū manum à Ferrariensi

Ferratiensi missam, accessere à Carolo Amboesa summo Gallorū duce & rectore in Insubribus, ducenti grauis armaturæ equites. Sic in præsentia periculum vitatum. Urbinas Bononia munienda nauare operam, metu ne Gallici exercitus robur in eius perniciem incumberet, repentina vi aut positis iuxta castris. Aduersus Gallorum conatus bellumq; vt in Insubribus excitaret Heluetiorum duodecim millia in Italiam attrahere visum est gentem ferocem virtute militari præstantem, octo millia stipendiis Pontificiis conductâ quatuor alia Venetorum ære. Gallos ex Insubribus deturbare, ac vero ex vniuersa Italia, Maximilianumque Sfortiam in Germania exulem & vagum in maiorum opes reponere destinatum erat. Heluetios deducendi cura data est Episcopo Sedunensi & ipsi gente  
 10 Heluetio, quo maior diligentia esset, iniecta etiam purpuræ spe. Maiores viribus Pontificis conatus erant, sed ingenio ipsius consentanei suapte natura turbido, inquieto, ardentis, cuius rei per totam vitam multa & magna documenta extiterant Sixti auunculi pontificatu magnus dissidiorum artifex architectusque Innocentio Pontifice Neapolitanis proceribus auctor arma in suum Regem sumendi, vt fama tulit, Alexandro Pontificatum adepto Gallis, vt venirent in Italiam, & publicâ pacem turbarent præsens persuasit. Sic omni tempore pacis se impatientem ostendit, turbarum amantem, quietis tædio nouas belli causas circumspiciens Pontificis consilia nō latuere Carolū Amboesam. Mediolanum copias retulit, si quid moueretur, eius certe vrbis & Genuæ imperio consulere parans. ea incolumi ditione reditura alia. Discessus tamen alia species erat. Cæsare  
 20 absente nullum operæ pretium extare, tantis laboribus & sumptu profici parum, neque conatibus euentum respondere præsertim Venetorum viribus identidem auctis nouis ex AEmilia aliisque regionibus supplementis militaribus. Restitit tamen Triuultius cum valida cataphractorum manu, ne sine eo præsidio Cæsarei impares hostibus essent: ac ne durare quidem in castris & campis patentib. possent, quippe aduersariis inferiores. Mutata fortuna belli rebusque inclinatis is metus Germanos inuaserat, vt Vicentiæ munitione diffisi tormenta bellica ex ea vrbe eiusque arce Veronam comportanda iudicauerint, maiori salutis cura quâ laudis. consalui vxor Maria Manrica eatenus genuæ restiterat. Suspecta gallis eius mora esse cœperat, quoniam virum Pontifex non cessabat in Italiam euocare, honestissima conditione oblata imperii militaris suarū copiarū. Vt eam  
 30 amoueret suspicionem, per hoc tempus mari discessit in Hispaniam. Ad cuius prouinciæ fines, qua Aquitaniâ ad Oceanū attingunt, Fonterrabiæ municipes cum Hōdaiz Aquitani oppidi incolis de Vedasi fluuii utrosq; agros interfluentis galliâq; dirimentis ab Hispania, possessione disceptabant vtrius oppidi iuris esset, non parum sæpe armis. In controuersia à Regibus dati iudices ripa sua cuiq; oppido attributa fluuium communem fore pronunciarunt. salutari temperamento quieuer tandem ii motus.

*Pontifex Ferdinando Regi Neapolitanum regnum attribuit.* CAPVT XXIV.

Ferdinandus Rex Aragonios, Valentinos & Catalaunos Montionē ad generales conuentus euocarat, duodecimo Kal. Maii in edictis adscripto, quo die præsto cuncti essent. In subsidium Africani belli, cuius cura proprie eam gentē attingebat, pecuniam ordinum voluntate redigere, erat propositum propter inopiam ærarii tot bellis exhausti.  
 40 Ineunte vere ne occasione definitoq; tempore deesset, Madrito discessit. In eo municipio Ferdinandus nepos & Hispaniæ Cardinalis subistere, præterea regium consilium. Regem profecuti sunt Assidonius & Petrus Gironius, eorum quæ iuuenili errore deliquerant, venia iam impetrata, & Sālucari tamen Nieblæ, & Hudux arces quasi fidei pignora retentæ. Duobus adiuncti sunt Magister equitū Prieghi Marchio, atq; Vreniæ Comes officio in Principē incitati, an profecuti eūt iussi ne turbas cōcitarēt. Hoc comitatu Cæsare augustâ appulsus Montionē inde abiit. Magna gētis frequētia conuenit, q; ii primum generales conuētus Ferdinādo Rege in ea gente haberētur. Antea enim singulæ prouinciæ Aragoniis Regib. subditæ, per se suos conuentus agitarāt. His reb. districtus quamuis rex  
 50 belli Africani atque Italici curā animo cōplexus à Rege Gallo imprimis cōtendebat, vñ sancita ante annos aliquot in fœdere lex de regni Neapolitani successione, nulla ex Germana Regina ple noua cēsura immutaretur. His postulatis callus aures nō accōmodabat spe cōcepta id regnū obtinendi nisi iure & causa certe armis. Sic Ferdinādi conat' inanes extitere, præsertim Rhotomagēsi Cardinali per hoc tēpus defuncto, cuius penes Gallum præcipua gratia erat & reb. omnibus auctoritas, studium haud obscurum Ferdinando gratificandi, in iis quæ publicæ pacis interessent. Hac cura Ferdinando anxio ac dies noctesque varias cogitationes animo versanti optimū fore visum est, odium Pontificis in Gallum conceptum in suum commodum conuertere, atque occasionem suā facere. Prudēs Princeps, qui quamcūq; rē è publica utilitate fore prouidet, eā vititur modo honesta.

Vt Pontificia auctoritate ipsi & posteris regnum Neapolitanum quasi Romanæ ecclesiæ beneficium confirmaret, postulat. Graue id initio Pontifici visum est, neque ea indulgentia præiudicatum Gallo Regi quamuis infero volebat. Deinde auctis odiis, bellis quæ erant in manibus & maiora meditabatur, ope ex Hispania iuuari expectans animum flexit: atq; vt indulgentiæ maior gratia esset, ita postulatis annuit vt amplius nihil desiderari posset, ne si Ferdinandus arbitrio suo diploma fingeret. Ab Alexandro Pontifice Gallus parte eius regni concessa fuerat Neapolitanus & Hierosolymitanus Rex dictus, vt superius est indicatum. Id decretum mouere præsertim Rege inaudito erat plane difficile, neque exemplum satis probabile. Ad artes conuerso animo pronunciare visum est, Pontificium beneficium irritum videri redditum dupliciter honorario vectigali ab eo Rege, vt erat iussum, nunquam repræsentato, præterea absq; Pontificis venia, cuius ex partes erant, de regno Neapolitano superiori fœdere cum Ferdinando facto. Dignum videlicet abdicatione facinus. Hac pronunciata Pontifex sententia, quod erat consequens, regnum Neapolitanum Ferdinando & successoribus confirmauit vniuersum, ea lege vt Petri & Pauli festo die annuas octo millia auri vncias in Pontificium ærarium inferret, quolibet triennio equum candidum daret, in præsentem quinquaginta millia aureos. Tantundem successores cum primis Reges essent à Pontificibus dicti. Enimvero repetitæ in Ferdinando eæ leges sunt nihilo mutatae, quibus Carolo eius nominis primo id regnum fuerat olim à Pontificibus delatum. Sed & eæ leges ineunte mense Iulio impositæ à Pontifice & Cardinalium collegio, paulo post mitiori censura castigatae sunt omnino ad septimum Id. Augusti. Remisso enim annuo vectigali & quinquaginta aureorum millibus, equum candidum quolibet triennio repræsentari satis habuere, ac quoties in Pontificia ditione bellum esset auxiliares mitti trecentos grauis armaturæ equites: qua vna è pactis antea conditionibus decedere non placuit, quoniam ea ope in bello Ferrariensi vti destinabant. Sic in præsentem decidere. Annis consequentibus à Leone Pontifice imperatum, vt ii Reges annua septem aureorum millia penderent, veniæ pretium Carolo Augusto concessæ imperii Romani nomen cum eo regno iungendi, contra quam leges olim Andegauensibus & Aragoniis Neapolitanis Regibus impositæ ferrent. Gallo Regi graue accidit, Neapolitana iura ea indulgentia à se in Hispanum translata. Ferdinandi se fraude delusum, Pontificis iracundia violatum accusare: vindicaturum ferro nisi esset id decretum abrogatum. De quo eius legatus coram Ferdinando Rege grauissime exposulauit Montione: vbi Aragonii conuentus erant diras minasq; detestatus. Inani verborum sonitu nostri parum mouebantur. In iis conuentibus Idibus Augusti ordinum voluntate in bellum Africanum quingenta aureorum millia decreta sunt, ingens summa siue tēpora consideres, siue gentis immunitatem. Sed tanti erat impiam gētem bello opprimere. Auxit studium animorumque ardorem nuncius iis dieb. de capta Tripoli allatus. Additum nouo decreto, si Regem priusquam conuētus esset solutus, alio aut belli cura aut Castellæ rerum procuratio euocaret, vt Germanam Reginam pro se conuentui præficeret. Facta etiam eidem copia denuo, si res ferrent, gentes ad conuentus euocandi, modo eam Rex pro se vicariam rebus in eo regno gerendis nominaret. Sancitum præterea vt in ea gente collegia soluerentur ciuium ante annos aliquot instituta latrociniis & cædibus vindicandis. Ab nullo non genere periculum non est, si cætus & consilia & secretas cōsultationes agitare permittatur. Saepetiam quæ salubriter instituta erant, abusu hominum & ipso tempore deprauantur. Affuere conuentibus, vt erat necesse, Antonius Augustinus Vicecancellarius & Ioannes Nuza Aragonum Iustitia. Prima vox Alfonsi Aragonii Cæsaraugustani Præfulis fuit. In procerum ordine primi assederunt Belchiti & Arandæ Comites. Inter nobiles Michael Gurrea, & Michael Peresius Almasanius. Accessere procuratores Aragoniæ Valentiaq; atq; earum vrbium & municipiorum, quibus ius suffragii gentis instituto in conuentibus dari solet. Legati Principum atq; è Castella, Neapoli, & Sicilia proceres magno numero Montione versabantur, conuentus quidem expertes, familiarum apparatu & splendore vestitium elegantiaq; inter se certantes clari nobilitate opibus magni.

*Garfias Toletus in Gerbis insula occisus.*

CAPVT XXV.

**A**D Malacam Bæticæ urbem instructa classe vt Garfias Toletus in Africam transmitteret bello dux vrgebat Ferdinandus Rex. cunctabatur ille metu pestis Bugiæ grassantis. Ita non ante adultam ætatem conscendit classē, qua septem hominum millia vehabantur, validum supplementum. Mollibus tempestatibus Bugiam vêtum breui, ibi classis partem & tria militum millia reliquit vrbi præsidium. Dieghus quoq; Vera rebus vrbis composi-



compositis, ex eo portu soluit comes nauigationis, vnaque in Tripolis portum sedecim intulere naues. Opportunus eorum aduentus extitisse videbatur. Petro Nauarro octo hominum millibus in suam classem iam impositis propediem petituro Gerbim Tripoli ad occasum distitam trecentis circiter millibus insulam præcipuam & maximam earum, quæ Africæ littoribus adiacent. Veteres Menyngem, Girbamque dixerunt. Iouius Girapolim, vnde? Campi plani atque arenosi, palmetis & oliuetis impediti grata oculis viriditate. Continenti proxima est adeo, vt ponte cum Africano littore iungatur. Circuitu sedecim amplius millia collegit, aquæ penuria, nullis fontibus, oppidum nullum villæ tantum & ad mare atx Principis domicilium. TUNETANO olim Regi subdita, tunc peculiari regulo seruebat, quem lingua gentis Xequem dicunt. Nauarri consilio probato breui cum copiis, quæ ad Tripolim erant, & classe eo discessere. Venere in conspectum ad quintum Kalendas Septembris die Iouis, Augustini memoria sacro. Milites nullo repugnante in terram desilire insulam inter & continentem ad locum cui Pötifracto est nomen. Copiis omnibus in septem agmina tributis, Garfias Toletus quamuis summam imperii militaris obtinebat, in prima acie cum peculiari nobilium manu ipsum secuta curare voluit. Quidam repugnante Nauarro defendunt, fama frequentior consensisse damnat fortassis, vt sine æmulo imperaret, aut potius ne ardenti iuueni repugnando rixam concitaret. Maurus sub signis habebat equites centum & quinquaginta pedites ad duo millia, plerosque tamen inermes sudibus & cõtis armatos, debilitatos metu, prorsus vt ne veniretur ad manus frædus appeterent oblati honestissimis conditionibus, quas nostri gentis contemptu spe certa victoriæ repudiarunt. Post meridiem mouere agmina ardenti iam sole, pene vt flammæ excitari in nudo & arenoso solo viderentur. Ab imperitis hæc ad nomen infelicis exitus vertebantur. Quod in pace fors & natura, in periculo prodigium & ira Dei esse creditur. Æstus & pulueris impatientia laborare omnes sine sensu & sine mente, in terram abiecti non pauci præ siti periere. Aliquanto spatio progressum erat, cum primum agmen ad palmetam quædam peruenit. Ibi cõspicati milites parietinas, atque ex eo suspicati eo loco puteos esse retineri non potuerunt quin desertis ordinibus relictisque signis ad explendam sitim frequentes concurrerent. Mauri è propinquo cõspicati nostrorum turbationem, suamque occasionem rati in vagos & palantes dedere impetum. Garfias & cæteri equites in pedes destituti arma expedire. Animaduerso periculo quidam vt desisteret, seque retro referret monere. Apage tantum nefas, ait, Inferte milites gradum. An huc processimus vt terga vertamus: Vitam eripere fors aduersa poterit, nos tamen non comitemus vt nostræ nobilitati macula iniusta, officii obliui videamur. Illud caute socii ne inulti ponamus animam, nemo nisi in hostem versus cadat. Ea suprema cura esto. Hæc flagrans oculis, væcordi voce dixit simul de Aragonio quodam nobili, arrepta militari hasta in Mauros ingruentes inuasit. Neque ducis verba, neque virtutis exemplum mouere milites. Auersi in fugam ferme omnes continuo terga dederunt. sensum excusserat metus, proximo exitio pudore validior. Mauri cuneo facto in nostros inuecti primo impetu ex promptissimis quatuor peremerunt, Garfiam Toletum, Garfiam Sarmentum, Loaysam, & Christophorum Velasquium præcipua omnes nobilitate ordinum ductores. Fugientium consternatio tanta extitit, vt agmina integra, quæ retro sequebantur, trepidatione turbarent, densi & conglobati perfringerent ordines, prorsus vt omnes fugam arriperent. In eo periculo Nauarrus, quoniam nihil aliud supererat, præsidium à prudentia petens, agmina Dieghi Paciechi, & Egidii Nepotis quæ in subsidiis secum reliquerat, locis idoneis inessis, qua nostri fugiebant, hostes transitu prohibere mandauit. Salutare consilium ne cuncti simul perirent. Alioqui inopinato casu turbata Nauarrus mente tanti quamuis vsus dux, quasi officii & virtutis oblitus inter primos classem conscendit. Mollior interpretatio, & fortasse verior, triremes, quæ propius littus in alto erant, vt milites acciperent pro imperio efficere voluisse. Multi enim deficientibus scaphis ad natantes quoniam metus misericordiam non recipit, conscensione in naues prohibiti inter fluctus peribant, in rabiem desperatione versi talesque nautis & militibus in periculo socios & commilitones precantes. E nostris quatuor millia desiderati sunt qua cæsi qua capti. Nobiles maxime præter superiores perierunt Alfonso Andrada, Santangelus, Melchior Gonsalvus Aragoniæ Conservatoris filius, aliiq; genere & factis eximii. Garfiæ corpus victor ad se delatum aliquanto post, quoniam intelligeret è præcipua Hispaniæ nobilitate ac Regis esse propinquum in ligneo loculo seruari: facturumque quod placuisset, ad Hugonem Moncadam Siciliæ Proregem scripsit. Garfiæ filius Fernandus Aluarus Toletus in tenera à patre ætate relictus accedentibus annis in eximium bellatorem euasit, atque ita vt nulli

duci nostra & parentum ætate priores concessisse videatur magnus animo par prudentia felicitateque. ingenium paulo asperius & morum seueritas nocuit, ne cum quolibet antiquorum ducum conferatur. Garfias pater Fridericus Ferdinandi Regis contobri- nus fuit. Avus Garfias primus ex ea familia Ducis nomen & honorem promeritus. cuius pater Fernandus Aluarus Toletus patruus Guterrii Toleti Archiepiscopi Toletani do- no Albani municipium non procul Salmantica accepit, Comitis nomen Regis benefi- cio. Nauarrus priusquam ex hostili littore solueret Egidium Nepotem & Alonsum A- quilarium ad Regem ablegauit nuncios & testes eladis acceptæ. Ducem occisum, ple- rosque milites periisse, grauiorem clade ignominiam. Dein triremibus Neapolim aman- datis, vti erat iussum, cum reliqua classe aduersis quamuis tempestatibus per octo iactata 10 dies, Tripolim tenuit ad tertium decimum Kalendas Octobris. Ad eius vrbs præsidium tria militum millia reliquit duce Diegho Vera. Parem numerum ætate aut vulneribus graues plerosque etiam integros missos fecit. Cum classe & quatuor millibus ex omni copia delectis ad vexanda Africæ littora processit Gerbim inter & Tunetum. Idoneum nauigationi tempus non erat: continuis procellis sæuieti mari, ad Lampedosam seu Lo- padusam dum hyemis sæuitia remitteret, classem & militem continere necesse habuit, v- nam ex insulis, quæ Africam inter & Siciliam obiacent. Safinum in ora Africæ Lusita- nis subditam urbem sine huius anni innumera Maurorum impugnabat multitudo. Ve- nere ex Madera insula militum numeri. Opportuno auxilio confirmatus Ataydius præ- sidio præfectus vrbe acerrime defensa Mauros conatu abscedere compulit. Soluta ob- 20 fidione in vicinos Maurorum agros irruptione facta, Almedinam vsque prædabundus processit triginta duobus millibus nihilominus distitum oppidum. Variæ pugnae cum Mauris factæ. magnam hominum pecorumque post collectam prædam tamen in reditu hostibus magno numero circumfusus amiserit. Magna alioqui virtute dux consequen- ti tempore sæpe Mauris molestus & grauis exitit; aliquando ad ipsas Marroccii vrbs postas prouectus maiori aliquanto audacia quam fructu, facinus quod laudarent mul- ti, cautiores accusarent. Sic sunt hominum tum facta tum iudicia. Pari studio in ope- re versabantur Ioannes Coutignus Arcillæ Præfectus pro patre Vasco Coutigno Bor- bæ Comite: Item Petrus Sosa cui Azamoris credita custodia erat. Duces apprime pu- gnaces Lusitanicæ ditionis fines & laudem gentis extendere in Africa non cessa- 30 bant, latissima prouincia in multa diuisa imperia nulla imperantium concordia, eoque prona in exitium, neque par Hispaniæ fu- tura, si pace Principes facta iunctisque viribus in eam curam incumberent impiæ gentis extirpandæ.



*Libri vigesimi noni Finis.*

IO. MA-

IO. MARIANÆ HISPANI  
 E SOCIETATE IESV,  
 HISTORIÆ DE REBUS  
 HISPANIÆ,  
 LIBER XXX.

*Quidam Cardinales ab auctoritate Pontificis discesserunt.*

CAPVT I.



20 No ferme tempore Ferdinandus Rex solutis Montione Aragoniis conuentibus per Cæsaraugustã sese in Castellam retulit, & Iulius Pontifex Roma digressus Bononiam festinauit Gallix Cisalpinæ urbem primariam vterq; re necessaria. Regi deliberatum erat Castellæ conuentibus interesse, ad quos per edictum Madritum gētem antea euocarat. Maior tamen cura belli Africani suberat: quo se iturum videri voluit acceptæ vtiq; ad Menyngem insulam cladis in vindictam inflammatus. Bellum Italicum animo porro & cogitatione versabat: quo singuli Principes vocabant eius opem flagitantes certa victoriæ spe in quamcumque se partem dedisset præcipua auctoritate par opibus. Vni se respublica totam tradiderat temporib. coacta & intestinis dissidiis, quam late Christianorum nomen  
 30 patebat. Pontifex Bononia, quo Septembris fine peruenit in bellum Ferrariense maiori conatu incumbere destinabat: in quo Urbini Dux copiis Pōtificiis Præfectus parum eatenus promouerat. Hostis & suo apparatu diligentiaq; confusus, & Gallix opib. superbus & contumax, Pontificios vrgendo coegerat, sese prope Mutinam munitis castris tenere. Spe aliquantum sustentare posse, metus amplior. Madriti Ferdinandus pridie Nonas Octobris coram Cæsaris & Caroli Principis legatis atq; Pontificis Nuncio, vti Blesis in fœdere sancitum erat, cōceptis verbis Castellæ commoda pro eo ac par erat, procuratorisq; munus exigebat, curaturū se iurauit. De Pontifice & gallō cura anxius, qua ratione vtriq; satisfaceret sine alterius offensione mediā personam sustinere statuit. Ita Fabricio Colūne mandat vt è Neapolitano equitatu trecentos grauis armaturæ equites ad Pontificias copias adiungat, cum eo tamen ne Gallicis finib. inferatur bellum, contra Ferrariensem iu-  
 40 uare satis habeat. Ea ope quāuis necessario præstita quippe debita Neapolitani regni causa & iure, ne Gallus offēderetur; quasi exæquata lāce Villamarino maris Italici Præfecto cura data vndecim trirèmes recens à Nauarro ex Africa missas in Ligurię oram ducendi, eoq; præsidio Genuenses ciues frænandi, ne Gallici imperii iugum excuterent: q; moliri videbantur. Termenstinus Veronæ agebat cum quadringentis equitib. eius curæ cōmissis, Hispani Regis stipendio Cæsaris ex commodo bellum gerēs. Eam urbem positis iuxta castris acri conatu impugnantēs Venetorum eopias numerosas quamuis & validas soluta obsidione in pacata sese referre rum præsidii virtus compulit, tū Caroli Amboesæ cum quadringentis cataphractis obsessis opitulatum festinantis metus, ne à tergo & à fronte  
 50 circūuenti pares vtrisque nō essent. Maior aliunde atq; atrocior tēpeestas extitit. In discessu Pontifex Romæ Cardinalib. edixerat se vt cuncti se querētur nulla excusatione accepta. Eorum quidam ingenii Pontificii asperitate offēsi, an consiliis occulte cum Gallo communicatis, atque in rerum nouarum studium incitati Neapolim abire cogitarunt. Appellatus de ea re Prorex Cardinales finib. accipere detrectauit molitiones fortassis odoratus. Sic mutato consilio & re necessaria Florētiam processere. In ea vrbe Bernardini Carualii tentata valetudo ipsi & fociis subsistendi opportunam occasionem præbuit. Non cessabat tamen Pōtifex vt ad se cōtinuo venirent, in dies flagitare, ipsa flagitationis importunitate suspectior, subesse profecto fraudē aut consilia vulgata. Eo metu alias ex aliis nexas moræ causas excusare, quē cursū cōmotæ res habiturę essent expectātes. Nā quo tēpore Pōtifex

Bononiæ erat, eius copiæ Mutinæ, magnus Galliæ Magister facinus aggressus est magis ad nominis famam celebre, quam ad laudem. Cum quadringentis equitibus, quos Veronam duxerat, ea soluta obsidione, flexo repente itinere adiunctisq; aliis ducentis equitibus, qui rubiæ erant, Bononiam improuisus accessit urbem occupare satagens. Vi- res conatui impares Bentiuoli ex ea vrbe profugi subleuabant expeditionis comites atq; factionis opibus polliciti continuo venienti portas patefactum iri. spei euentus non respondit. Pontifici tamen & Cardinalibus vt in tali periculo, ingentem metum incussum opportunus Fabricii Columnæ aduentus depulit, ciues in officio confirmauit, Gallorumque spiritus fregit penitus: atque ita vt obsidione soluta retro cōtinuo redierint. Ab- euntes & trepidos vrgeri Fabricius noluit in tergis hærens memor regii mandati, Gal- los non esse laceffendos, neque eorum conatus ad gratiam cuiusquam vindicados. No- uæ subinde spes, fædi conatus excepere, vix priori metu sedato. grauis repente morb. in ea vrbe Pontificem inuasit. Sanitate à medicis desperata turpi Patres ambitu prehensa- re inter se, nulla decoris memoria nulla probitatis & modestiæ, præ cupiditate assequen- di q; animis destinarant, summum honoris fastigium. Recreata Pontifex valetudine in- dicatas molitiones ægre, pro eo ac par erat, tulit. quin Patres ad se ad quartum Idus eius mensis euocatos graui increpatione castigauit. Se superstite de successore agitasse. di- gnium vindicta commisisse facinus. Et sunt inuisi suspectique dominantibus qui succe- dendi spem importuno tempore presumunt. In posterum ergo se uero edicto simoniaca labes coercita in electione Pontificum: q; edictum initio pontificatus perscriptum eate- nus promulgare varias ob causas distulerat. De Patribus cura crescere, qui ad Florētiam substiterant, neque iussis obtemperare voluerant. monstri simile aliquid profecto versa- re animo neque cessaturos priuquam orbis Christiani pacem turbarent. Itaque, q; ipsi expetierant, facile dabat, vt Neapolim migrarent in metu benignus & placidus. Recula- runt illi vltius progressi, quam vt reuocare gradum facile esset. Duo quin etiam ex eo numero Bernardinus & Cosentinus Ticinum abiire certa sententia generalem Episco- porum conuentum indicendi. Insolēti factō species obiecta honesta scilicet ecclesiæ mo- ribus, qui nimium prolapsi erant, castigandi acriori censura, ipsoque Pontifice si opus es- set abdicando non minori præsidio opus esse. Præclari quidem conatus, ratio præpostera magnisq; incommodis obnoxia callus & Cæsar iis se consiliis miscuere paucorum te- meritas patroni Ferdinando etiam Rege tentato si posset in eam fraudem induci. Blesis sane nouo Cæsarem inter & callum fœdere per idem tempus constituto opera Matthæi Langi Gursensis Episcopi, qui Cæsari a secretis erat gratus & familiaris, accessit etiam in partem Cabanillas Ferdinandi legatus, sed cum mandatis, ne quid in Pontificis digni- tatem decerni pateretur. Parum tamen ea cautione præstitum est. Inter cætera eius fœ- deris capita, expressum debere quidem reliquos socios virib. iuuare Cæsarem dum di- tionis Veneræ partem sui iuris, obtineret armis: sic Cameracensi in fœdere præscriptum fuisse. hætenus non male. Additum tamen vt Pōtifex iure potius quam armis cum Fer- rariēsi disceptaret. Si parere salutaria monentibus obtestantibusq; recusaret, a Cæsare in Germania eius nationis Episcoporum cōuentus agerentur nationales, idemq; in Aragonia & Castella fieret ad ea constituenda q; paulo ante gallicana ecclesia sanxerat Aureliæ pri- mum deinde ad Turones conuentu gentis habito. Miseram temporum labem a profanis Christi Vicario leges imperandi præscribi. In vno peccato quot & quanta extitere pec- cata? sed præcipua capita erant, quibus pontificatus propemodum redigebatur in ordi- nem vt Gallici sacerdotes, ne exceptis quidem Cardinalibus aut in Pontificis familiam adscriptas suas singuli ecclesias regerent, in Galliam reduces. Si repugnarent intercepti annui redditus in templorum alios vsus & commoda verterentur. Exitiale decretum ec- clesiæ paci inimicum, dissidiorum fons. Pontifici vsq; adeo graue, vt diris & anathemate detestatus fuerit, quicumq; impio decreto obtēperassent. Ac nominatim magnum Gal- liæ Magistrum atque Triuultium cæterosq; duces Gallica in Italia stipendia facientes, ad hæc quicumq; ecclesiæ Gallicanæ cōuentibus interessent. Ne Ferdinando quidē Regi, Blesis recens ictum fœdus placuit: neque Gallicanæ ecclesiæ damnatum exemplum, ne importuni quidem Cardinalium conatus. Ac potius Cæsarem pro necessitudinis iure ab ea mente deductum Pontifici conciliare & cum Venetis in pace ponere tentauit. Quo tēpore de Ioanna Neapolitana Regina Carolo Sabaudu Duci iungenda actum est. Ferdi- nādu Regiæ auunculus coniugii conciliator præcipuus ducentis aureorum millib. in puellæ dotem cultumq; designatis. Ita quasi re confecta se illam Sabaudie Ducem dixisse huius temporis tabulæ indicio sunt. Neque tamē id conugium coaluit, qua causa incer- tum suspicor Regiæ ætatem displicuisse annis prouectæ: ac consequentib. certe annis Beatricem

Beatricem Lusitani Regis filiam Carolo iunctam constat. Neapoli anni sine tumultus exitere plebe ad arma consternata offensaque vehementer aduersus Inquisitores qui more ex Hispania translato cæperant in ea urbe iudicia de religione exercere, maiori seueritate quam mores gentis reciperent. Ierant Andreas Palacius Inquisitor, & illi adiunctus Archiepiscopi Vicarius. Malo commotos populares frænare non licebat. Sæuiente indices motu Prorex per edictum Iudæos omnes quique ex ea gente Christianis sacris abdicatis ex Hispania non ita pridem venerant, quorum erat magnus numerus, eius regni finibus arcuit. Exilio parando proximus mensis Martius designatus. Ea colluione pulsa ciuium ac veto totius prouinciæ in veræ religionis constantia & animorû pietate satis perspecta Inquisitionis & rem & nomen minus videri necessaria: proinde cessare & amoueri sancitum. Et utiq; periti sæpe naucleri sæuientis pelagi fluctibus quandoq; obniti non audent, ventorum violentiæ cedunt. Pontifex ipse, cuius maxime dignitati Inquisitores seruiunt, ne incommodo tempore eo constituto tribunali turbarent tranquillitatē gentis, auctor erat. Sic populus conquieuit.

*A Gallis Bononia occupatur. CAPVT II.*

**G**Allus Rex Ferdinandum suspectum habere cæperat, ne Pontificis partes subleuaret cum eo nouo fœdere facto. Heluetiis magno numero Pontificis auro cōductis ne in Mediolanenses fines bellum verteretur, porto metuebat. Ea cura Pontificē placare constituit sibiq; adiungere interprete atque annitente Francisco Alidosio Ticinensi Cardinali, qui multum apud eum gratia & auctoritate poterat. In bellum Turcicum equitum peditumq; validis copiis oblatis, Ferrariensem præterea pollicebatur redditurū Pontifici Centū Plebemq; agri Bononiensis oppida, annuaq; quatuor aureorū millia repræsentatum vectigal pendi antea solitum. ceterum quo ab Alexandro Pontifice fuerat liberatus, eaq; oppida acceperat, dotis nomine vtrumq; cū vxore Lucretia Borgia. Adiecit decessurum omnibus oppidis, quæcumq; in Flaminia obtinebat. Honestæ conditiones, nisi Pontifex animo speque vniuersam Ferrariensis ditionem cōplexus esset. Obfirmatur animus quem ingens spēs percellit. Mutina occupata Rhegium Lepidi & Rubieram haud longinqua oppida adiicere cogitabat propediem. Pōtificis conatus grauis Cæsari extitit Mutinam & illi contributa oppida imperii beneficiū Ferrariensi datum quasi stipēdiario detrahi se inscio, ne dum auctore. Monuit ne vltius progredere, ac Mutinā potius sibi redderet, alioqui iniuriam curæ fore. Monuit ea denunciatio Pontificem facileq; adducebatur Mutinā Cæsari dare, sed cum eo si retineret sibi, certe ne eā Ferrariensi traderet, multo minus Regi gallo. Ferdinandum belli Africani cura imprimis sollicitabat: neque Italiæ motus negligebat quasi ex specula in omnes dispiciens partes. Ita Termēstino quoniam Cæsare absente, nulloq; idoneo exercitu parum ad Veronam proficiebatur, vt Neapolim rediret cum suis equitibus mandat. Fecit ille q; iussum erat, ex itinere à Pontifice quem ad Bononiam inuisit, benigne acceptus cultusq;. Madrito Rex reb. aliis omnibus prætermisissis Hispalim abiit ineūte salutis anno mill. quingentesi. vndecimo in apparatus plane Africanos intentus. Cladē ad Menyngem acceptam vindicare destinātem nouum  
40 præterea incommodum amplius irritata, Vilanello tribuno ad Querquensiam insulam cum quadringentis militibus, qui aquatum egressi erant, obtruncato a Mauris: qui noctis silentio & tenebris tecti inopinantes & somno sepultos oppresserunt ipso Matthiæ Apostoli festo die. Pontifex quoque media hyeme, quæ fuit præter morem sæuissima, bello Ferrariensem ditionem fatigabat. Et quoniam eius & Venetorum copiæ parum proficiebant, vt erat ardens animus, mora omnis grauis, ipsemet nulla valetudinis memoria Bononia digressus Mirandulam impugnatum abiit. In qua obsidione accidit vt Pontificis de belli ratione cum aliis Patribus deliberantis tentorium euerteret globus tormēto ex arce eiacularus sed citra cuiusquam noxam, eorum qui aderant Patrum. Rei gestæ & diuinæ indulgentiæ monimentum pila ipsa in templo Lauretano celeberrimo appensa ca  
50 pitis humani magnitudinem exæquans in hunc diem coram beatæ Virginis signo visitur, cui salutem acceptam Pontifex tulit. Intra id vtiq; oppidum Ludouici Pici Comitissæ vxor viro defuncto verita animum Pontificis irati irritati periculo, & vt viribus par esset, quamuis mœnibus armisque munita commeatuque instructa, id dedere tamen constituit. Ab eo initio obfirmato amplius Pontifex animo quasi certa victoria Bononiam ipse discessit, ad obsidendam tamen Ferrariam militem amandauit. Accessit Andreas Grius cum Venetorum auxiliis. Conatus inanis fuit. Ferrariensis validis copiis & omni bellico apparatu instructus, atq; magno Gallia Magistro cum equitatu, quem ad Veronam habebat, se se ad Padi ripam ostentante, dimicandi decreto, si opus esset, effecit vt Pontificii se se necessario referrent vtrisque viribus impares futuri si ad manus ventum

esset. Eo depulso periculo Galli flexo itinere Rhegium abiere: vbi Gasto Fuxensis curare urbemque tueri iussus erat, præclara indole iuuenis regia nobilitate. Mutina ne eodem impetu caperetur, quamuis supremo à Gallis conatu impugnata Marci Antonii Columnæ virtute & diligentia factum est, eam urbem præsidio Pontificis nomine obtinentis quamuis deditam iam expetenti Cæsari auctore Ferdinando Rege. Pontifex quoniam priores conatus non successerant, denuo in ditionem Ferrariensis incurrere statuit. Rhauenna vrbs commoda visa est, per cuius fines Pontificiæ copiæ progredierentur, certiori (quippe mare proximum est) Venetæ classis ope, comæatu parato. Hoc consilio Bononia cum copiis rursus discessit. Euentus priori nihilo melior. Victi quin etiam Pontificii repulsique, neque classis Veneta aduerso Pado in hosticū penetrare est ausa: 10  
 hostilibus tormentis in ripa eius fluminis dispositis memoria superioris temporis cautiore, ne insignis aliqua clades rursus acciperetur verebantur. Quo tempore Carolus Amboesa Chaumontius regulus, magnus Galliæ Magister ex morbo Rhegii decessit ad tertium Idus Februarias. Mense proximo Pontifex Rhauennæ nouem creatis Cardinalibus senatum suppleuit. In eo numero Sedunensis Episcopus lectus est, natione Heluetius, tum Gursensis antistes à Cæsare tunc in Italiam legatus de controtuersis, quæ illi cum Venetis, cum Gallo, & cum Pontifice erant. Vtrumque purpuræ honore dato promereri placuit, atque in partes traducere. In Chaumontii locum substitutus Triuultius militari prærogatiua, dū noua à Gallo veniret mandata & sua spõte & Mirādulæ Comitissæ, quippe ex sorore natæ, iniuria prouocatus dolorē vindicare cōstituit. Præclara occasio se se dedit 20  
 Bononiã urbē occupãdi discessu Pontificis præsidio vacuã, certe neq; valido neq; vigilantium munitã, ac potius in fœcordiam resoluta. Aduolauit cū milite Triuultius urbemq; nulla difficultate obtinuit. Vrbinatē præsidii pro Pontifice Præfecto cum militib; ac reliquis ducibus raptim profecto quoniam in repentino metu parem se hosti præsertim à parte ciuium adiuto fore non putabat. Discessit etiam Ticinensis Cardinalis Rhauennamque abiit, vbi apud Pontificem patruū Vrbinatē accusare acerrime nō dubitauit. Tantum gratia potest; quæ leui momento circumagitur apud Principes maxime. Eius culpa 30  
 amissam Bononiã affirmare: ac vero consilia in Pontificem cōmunicasse cū Ferrariensi: cui ex arcano bene cupiebat, Eleonora vxore ex Isabella Ferrariensis sorore nata quæ Francisco Mantuano nupsit. Non latuit ea siue calumnia siue accusatio Vrbinatē. Sic fert  
 aulæ consuetudo, vt nihil occultum esse patiatur plena delatoribus. Inuidia eo nocentior quō magis ex occulto grassatur. Ergo in vindictam præcepit die quodam in Cardinalem ad Pontificem euntem, quamuis multis affeclis atque in iis aliquot centurionibus stipatum, in platea cum armatis irruit, adactoque in viscera gladio peremit. Quid Pontificis beneuolentia profuit? quid purpuræ sacræ pares opes? Insignis audacia, sed tanti iracundia fuit. Ne impii parricidii pœnas daret, patruus Pontifex valuit: neque defuere sermones existimantium, vt sunt hominum varia iudicia, prona in deterius hominum persuasio, id facinus conscio profecto, atque auctore Pontifice fuisse factum, simulata fuga eompositam inter duos atque peractam fabulam.

*Ab aliquot Cardinalibus Episcopi ad concilium euocati.* CAP. III. 40

**S**Vperioribus comitiis pontificiis clausi intra cōclauē Patres consensu pro se quisq; sacramento sunt polliciti, quicumq; eorū esset Pontifex renunciatus intra bienniū Episcoporum è toto orbe conuentū habiturū: si falleret graui caput suū obtestatiōe deuinciēs. Saniandis reip. malis aut eam aut nullam spem superesse. Ab vniuerso ope expetitur remedium quid amplius morarentur? piorum vota diutius quid frustrari sinerent? Cōfectis suffragiis Iulius pontificatum adeptus, promissi immemor præsentis potentia viuorum odium restingui posteritatisque inuidiam existimabat præcepit in consiliis & rapidus. Ne Constantiense quidem & Basiliense decretū tanti fuit quolibet decennio ea haberi concilia mandans, graui multa proposita, si quis saluberrimæ institutioni morã afferret. Accessere noua & multa dedecora romanæ curiæ & aulæ pōtificiæ Alexandro præsertim & Iulio Pontificib; rerū Romæ porientibus, q; p̄sens ætas accusaret & annaliū scriptores nobis vituperandum traderent. Pudet tēporis & fœditatis. Pleriq; modestia & probitate cōspiciui tātis malis finē remediumq; optabāt. Medicinã facere quī possēt desperata ferme sanitate? peccãdi cōsuetudo in morē trãsierat. metu omni pudoreq; sublato maiora nequitia præmia q̄ probitas & virtus habuit. Miseram temporum conditionē. Et est morbus grauius, qui diffunditur à capite. Ad eam indignationem vota que multorum, adiuncta Cæsaris & Galli à Pontifice alienatio occasionem præbuit duobus Cardinalibus, qui Ticinum

cinum se contulerant, in partes attracto Narbonensi itē Cardinali, vt suo & sex aliorum Patrū nomine Episcopos ad generale conciliū euocarent. Ad terrendos Pontifices coercedamq; Romanam licentiam ea via intuenta erat magnis alioqui incommodis obnoxia: quæ semper accusabitur, & sæpe recurret tamen. Et est nihil tam validum cui non sit periculum à multitudine, si in cœtus coire permittatur. Itaque Mediolani, quo Ticino abierunt, in eam rem edicta euulgarunt in ipso belli Ferrariensis ardore; quib. causas explicarunt, cur iure Christiano liceret, ac vero necessariū videretur, ad illud extremum atque vltimum decurrere, vt conuentus generales agitare curarent. Argumenta deesse qui poterant & causæ in tanta eius seculi prauitate tam corruptis moribus tum plebis tum ordinis sacriati? Accessere Parisiensis Episcopus aliiq; exciti ad edictum ex Gallia Præsules. Legati à Cæsare Hieronymus Nogarolus Comes & alii duo viri primarii à Gallo Rege totidem, qui suorum Principum nomine turbidos conatus adiuuarent. Ab his nouo exemplo edicta porro euulgata sunt: quibus Cæsaribus & Gallis Regibus ecclesiæ Romanæ dignitatem curæ semper fuisse explicarunt. Malorum ad tyrannidē vindicandam ac publicam totius orbis ex eo fonte offensionem amouendam, remedium salutare excogitasse Episcoporum ex toto orbe conuentum. In his omnib. edictis cōcilio vrbs Pisæ designata & Sept. Kalen. quo loco & tempore cuncti Episcopi præsto essent. Ac Cæsari qui dem alia omnia placebant. Italiam tantum Germania mutabat, Constantia nominatim prælata, Pisis vrbi longinquæ, neq; tranquillæ satis, rerum indigæ, quippe bello superiori, quod diu cum Florentinis de libertate & imperio gessit, exhaustæ. Iis rebus cognitis Ferdinandus Rex Catholicus alienum se ab iis molitionibus ostendit, eo maiori studio, q̄ in edictis in eam voluntatem, ipsum conspirasse significabatur. Cum Cæsare quin etiā agit, vt eo conatu desisteret. superioris tēporis calamitatum exempla & vulnera recentia vix cicatrice obducta satis indicare, ea consilia conatusq; præposteros infelicitè cadere. Qui res nouari cupiunt, & imperia mutari, quid aliud quam sibi & aliis exitiū parant? Quid ea ratione eoq; itinere quæri, q̄ dissidiorum & tetri schismatis materiam? Præterea Cabanilla suo in Gallia legato mandauit, blandis quidem verbis testato tamen Gallum Regem moneret, vt Bononiam cum subiecto agro Pontifici restitueret: neq; pateretur alia Pontificiæ ditionis oppida à suis occupari, ac multo minus ecclesiæ pacem turbari consilio conuocato: si secus faxit, ne quid propterea resp. detrimenti capiat, curæ fore. Excusauit Gallus à Pontifice motam fœderis fidem neque pactis eum conditionibus stetitisse. Bello rum euentus esse varios, victoriam celo dari auferriq;: cuius voluntati nullus præscriberet. Pacem non recusare tamen modo æquam honestamq;: sin bellum malent, neq; id timere. Ac nominatim petebat Cameracensis fœderis conditionibus stari. Cardinales, qui à Pontifice discesserant in pristinum dignitatis gradū redire. Mantuano summo Veneti exercitus ductori iurisiurandi gratiam fieri, qua se religione in eam militiā obstrinxerat, restituto etiam filio, qui obsidis loco pro patre penes Pontificem detinebatur. Ferrariensi veniā & pacem esse abrogatis sententiis, quæ in eum fuerant pronunciata, neque propterea tamē oppidis decederet, quæ vltra Padū obtinebat, ne Cæto quidē & Plebe, quando dotis nomine erant data, vt paulo ante dictum est. Hæc ipsa Cæsar etiam per legatos flagitare. Quæ omnia grauia Pontifex iudicabat, & vt erat erecto animo, nō ferebat à subditis vt obtemperarent, imperandi leges dici. Ferdinandus nulla spe reliqua instantibus futurisque malis auctoritate medendi, dolensq; salutaria ipsius præcepta respui, vim adhibere ac metum statuit. Ita deposita media persona palam ad Pontificem transit tanto studio eius dignitatem ab iniuria tuendi, vt Africano bello neglecto, quo ite cogitabat, in vnam belli Italici curā toto pectore incumberet. Eoq; mille sagittarios persoluto tamen stipendio dimisit, qui Gadeis peruenerant Iunio mensē ab Anglo genero missi in bellum Africanum auxiliares. Ad hæc cum eo Rege sanxit, vt nisi Gallus Bononiam restitueret Pontifici, neque à conatu concilium agitandi desisteret, ac potius finibus Hispaniæ arma inferret, Ferdinandus dū bello Italico district' esset, occuparet ipse conatus, atq; ne nocere posset bello Aquitaniam implicaret. His reb. cōstitutis Hispali Rex Burgos est profectus. Vetus ad Guadalupeum fanum loci religione ac præsertim Virginis matris numine celeberrimum. Ex eo loco Petro Nauarro mandauit, vt cum copiis eius curæ concreditis Neapolim actutum nauigaret, vbi Cardonius belli Africani specie instructas paratasque habebat lectissimas equitū turmas ex vniuersa ditione in vnū collatas. Sancitū præterea vt Tripolis nuper de Mauris capta Siciliæ contributa esset propter locorum vicinitatem auxilio atq; com meatu faciliore. Ad eam quoq; urbem tuendā cū idonea classe missus ex Hispania est Iacobus Requesenius Diegho Veræ successor. Cuius opera Rex in bello Italico vti cogitabat tormentorum cura restituta propter insignem collimandi, ac vniuersi

tormentarii apparatus & fabricationis scientiam. Non diu Requesenius Tripoli substitit, nempe militari tumultu in ea vrbe forte cōcitato, Prorex Siciliæ eo profectus motu composito, iisque militibus cum duce in Siciliam abductis Tripolis præsidio Guillelmū fratrem maiorisq; ex eo auctoritate ad frænandos milites, in eius locū Præfectū, vrbiq; rectorem dedit. *Nouum à Pontifice concilium Lateranum conuocatur.* CAP. IIII.

**C**Vpiebat Ferdinandus Cæsarem ab amicitia galli Regis distrahere eius rationibus & nominis existimationi parum consentanea. In eam rem & vt Catanēsi Episcopo succederet, Petrus Vrrea legat est cum mādatis Venetos Cæsari cōciliare factō fœdere curaret, Cæsare Pōtifici. Ingenio Cæsar mobili & vario, vt in reliqua ætate nō satis statuebat animo, quid factō opus esset, in q̄ se daret partem anxius. Inter multiplices tamen cogitationes fluctuātī visum est, Gursensem quidē ad Pontificē legare, si eius opera cōtrouersia inter ipsos facta pace cōponerentur, ad Venetos Petrum Vrreā, vt sancito cū vrbe fœdere discederetur ab armis Venetorum nomine Pōtifex dabat vt Cæsar Veronam & Vicentiā ditione stabili retineret, aliqua Venetis cederet de iis capta quasi beneficiariis imperii, ducēta & quinquaginta auri millia numeraturis pro ea cōcessione, annuaq; adeo triginta millia. Cæteræ cum iis cōtrouersia ipsius & Ferdinādī Regis arbitrio finirentur. Honestissimæ conditiones: sed quas Gursensis vasto animo maiora cōplexus repudiauit immemor scilicet rerū humanarū varietatis & inconstantia præsentī potētia inflatus. Ne Petrus quidē Vrrea quidquam apud Venetos Patres profecit erectos quippe in spē, vt res se dabant, breui Italia turbata ex aliena calamitate respiraturos. Ex longo rerum vsū haud inane vaticinium extitisse breui euētus cōprobauit. A Ferdinando Rege Cæsar & Margarita importuna efflagitatione expetebāt, virib. & pecunia iuuaret ad bellū defendendū q; Gheldriæ Dux Gallico patrociniō cōsiliis Belgicis finib. inferre pergebat porro, molestus imprimis & grauis. Verum id incōmodum tanti non erat Hispano p̄ cura atq; studio rerū Italicarū. ne Cæsari quidem vsq; adeo, ne contra Gheldriæ Ducē motis armis in galli offensionē incurreret ad priores necessitudines specie religionis, tūc qua nihil fallacius magis q̄ antea amicitia deuincti. Ætate iā adulta ea moles rerū mouebatur. Quo tēpore ad oriētis solis extremas oras Lusitanica arma prosperū cursum tenebant; atq; ita nihil vt amplius desiderari posset. Cognouerat Emanuel Rex annis superiorib. vltra Goā vltraq; Calecutiū Malacam esse forum rerum venalium cum primis totius Indiæ nobile: vbi & incolere & mercari cōsueuerant ex omnib. nationib. innumeri mortales. Maris vicinitas & multarum circa gentium, quarum ad fines iacet, mutui vsus dedere celebritatem. Die gho Lupo Siqueirē, ante annos Olisipone soluerat, negocium datum ea vrbe obita, visa explorataque Regi suo renunciandi. Fecit ille quod iussum erat, in reliquo comitatu Garfia Sofa & Fernando Magallane prosequentibus ad Somatram prius appulit insulam ex aduersum Malacæ equatori subiectam, latam spatiis in multa imperia diductam à Mahumetanis & inani gentium superstitione detentis hominibus cultam per partes, pingue solum bifero triferoque singulis annis prouentu. Cum ea gente instituto commercio iunctaque amicitia, Malacam haud procul distitam cognouit, olim Siami Regi subditam tunc peculiari Regi seruientem nomine Mahomadi. Siqueira vbi traiecit, cum eo Rege pace facta, atq; fœdere sancito per conditiones Rodericum Aracium cum Lusitanorum numero intra vrbe designatis ædibus habitare voluit, vtriusque gentis commercio id commodum fore ratus. Mahumetanus & suo ingenio suspicax, & à Lusitanis mali aliquid imminere arbitratus, naues occupare conatur. Ea spe irrita Lusitanos, qui in vrbe erant, nihil minus cogitantes in ferrum; & vincula rapit. Et est leuissimum genus hominum seruituti natum, ad omnem auram spei mobilis infidaque gens. longum erat iniuriam vindicare, neque vires idoneæ conatui in frequenti ciuitate, inimicis multis, Rege infenso. Ita dux Lusitanus cum mercibus, quas potuit auertere Cocinum retro nauigās, inde in Lusitaniam ire perrexit. Alburquerquiū iam rerum Lusitanarum cura suscepta rei indignitate commotus collata in vnum classe iniuriam vlcisci constituit, ne neglecta animos cæteris barbaris faceret. Goa profectus, atque in Somatræ vicinæ portum inuectus Malacam tandem appulit. In eo itinere obuiam nauim cepit: in quam transgressi Lusitani, quasi certa victoria, ingenti repente flamma excitata territi conatu destiterunt. Inanem fuisse metum deinde ex captiuis cognitum: ac innoxiam flāmam artificio quodam ad terrorem à barbaris excitari. Paulo post in nauim alteram inuecti eam ceperunt, tamen si Mahumetanus quidā Nahodabeguiā Lusitano nomini maxime infensus, ac Regi Malacitano capiēdi Lusitanos præcipuus auctor, venia desperata si captus esset, enixe nauim est tutatus, donec multis cōfossus vulnerib. tādē occubuit. Miraculo res cōparanda; tot acceptis vulnerib. nullū tamē effundi sanguinē. Verū spoliato corpore atq; in reliquo



quo conatu detracta armilla vno impetu sanguinis riuu quasi amoto obice per oēs partes latissime effluxere. Causam fuscitati intellexere in ea armilla vinctum lapidem admirandæ potestatis sistendi sanguinis, in Siami regno ex animantib. erui; quas Cabristas vulgo vocant, an commentum est, rumore certe res maior facta. Pertuēnere Lusitani Malacā Iulii Kal. Cum citiib. enixe pro extrema spe dimicantib. varia extitere certamina. Vrbs tādē nobilis capta & ad Lusitanorum imperium adiuncta, patriam superstitionē vera religione mutauit. Sic Christianæ religionis cultus & nomen ad extremos orbis fines proferebatur. In Italia Pontificia maiestas diuinæ proxima nutare videbatur tetri schismatis metu, q̄ nisi exorata numina auerterent, importuni conatus profecto minabātur. Ea cura Pontifex anxius omissio bello Romam redire constituit: si posset ingenii dexteritate vrgētem tempestatem sedare. Cogitationem in omnes partes versanti fore optimū visum est, præposteras inimicorum molitiones occupare, tempori cedere. Itā ad quintum decimū Kal. Augusti edictō promulgato, Episcopos totō orbe, quiq; more maiorum cōcilio interesse deberent, ad generales conuentus. Lateranum euocauit auspicandos instituendosq; anno proximo tertio decimo Kal. Maii. Insanūm quantum ea denūciatio aduersariorum spiritus fregit, causam debilitauit. Supra bonum atq; honestum perculsus tamen Pōtifex parum à procacib. verbis temperabat, alioqui ardenti ingenio in iracundiam procliuis. In eo conuentu Galliæ Reginam non iustam eius Regis vxorem esse pronuncianđū minari. Aquitanos & Nortmannos iniuria occupatos sacramenti religione exoluendos, quo Gallo fidem obstrinxerant, & ad Anglicum imperium restituendos. Hæc omnia qua ad dolorem vlciscendū pertinebant, qua ad Gallum terrendum frānandūmq;. Verum ira quæ tegitur nocet, professa vim perdit. Gallus quidem eo proposito metu æquiorē se concordiaē sanciendaē præbere, velleq; adeo cum Venetis pacisci modo darent ipsi, quæ Cæsari erant oblata. Non diu tamen in eo perstitit, aliud atq; aliud subiicientē animo. cōcilio Pisano fauere vt cæperat, consultius fore visum est: q̄ Cæsar nouo conatu Veronam aut Tridentum transferebat. Neutro Gallus eius machinationis architectus præcipuus actionum moderator & arbiter, quod Veronæ graui cælo grassarentur morbi; Tridentū exigua ciuitas esset; neq; idonea tantæ multitudini, quantam conuenturam existimabāt. Ac potius Cardinalib. auctor erat, vti quam primum moras rumperent, actiones concilii inchoarent, neq; amplius suspensum orbem tenerent. Florentinis etiam suasit, vti Pisas vrbe, dum conuentus essent Cardinalium potestati permitterent, quo maior esset auctoritas. Cautiores illi vrbi neq; valida neq; frequenti salutem permittere detrectabant, nisi Galli & Cæsaris legati prius conuenirent, idoneusq; ex vtraq; gente Episcoporum numerus, communi multorum periculo fore se tutiores rati. Neq; interim tamen de concordia appellati audire recusabant, modo tuto liceret ad Pōtificem redire idoneo loco attributo, in quem sese reciperent fide Pontificis tuti. Hæc omnia ludus erant, & in cōmuni causa præuaricatio tēpore extrahendo dum inchoata stabilirent: an quemcumq; cursum res tenerent ad vtrosq; receptum parantes. Romæ quidem instituta in eos cognitione cōtestataq; atq; perrogata causa quatuor ex eo numero Cardinales pronūciata sententia sacerdotiis omnib. & purpura sunt spoliati Caruaialius, Cosentinus, Sanmialus, atq; Baius. Idem de Sanseuerino & Labrito sociis coniurationis vt statueretur, maturum nō erat, & iam tamen tempus appropinquabat. Intercessere huic decreto initio maior collegii pars. Quidam etiam factiosos Cardinales excusant. Nihil eos aduersus leges cōmississe conuentus vt haberetur expetentes ad castigandos mores sancienda disciplina veterem tum in membris tum in capite. Neq; decrant sermones increpantium, Pontificem tum ob sacramenti suscepti religionem motam, tum eo conatu impedito posse iurē clauium interdicti, iuxta decreta Basiliensia sessione vndecima promulgata.

*Fædus à Ferdinando cum Pontificē & Venetis factum.* CAP. V.

Magna contentione de armorum societate Pontificem inter & Ferdinādum regem agebatur. Ventum ad conditiones. Rex pecunia in stipendiū iuuari expetebat. Graue Pōtifici videbatur spe incerta euentus, nudari eo tuēdæ dignitatis præsidio certissimo. Ea anxius cura nonnunquam ad Gallicum fædus reuocare animū æquis propositis conditionib. Id quoniā ex animi sentētia nō successit, necessario ad Hispanū præsidium recurrit quippe certius atq; fide magis stabili. Ita re propemodum cōstituta Ferdinādus magnam exercitus partem in Africam parati, Neapolim actutum ire mandauit. Ergo quingēti cataphracti, velites sexcēti, pedites duo millia Malacæ è portu in Italiā soluerunt. Peditū cura Zamudio tribuno demandata est: omnib. copiis præfectus Alfonso Caruaialius Xodaris dominus, ad hunc militaris imperii summa redibat dum Neapolim accessissent. Africani belli ad fallendū hostē species obiecta. Male cohærens cōmentum dissimulari qui posset?

quando ipſo tēpore, quo ii milites diſceſſere Malaca Auguſti certe principio, Petrus Na-  
uarrus vti iuſſum erat, Neapolim detulerat mille quingētos milites ſqualidā quamuis &  
pannoſam aciem ſed bellis Africanis tamen exercitos & ſuperiorem cladum reliquias.  
Apparatu belli diſtriētis omnibus, nondum mouebātur arma. Arte ſeu ex animo Gallus  
minorem filiam Ferdinādo infanti vxorem obtulit, id ſi coiret coniugium deceſſurum ſe  
regni Neapolitani virib. Non abnuebat Ferdinandus oblatam vltro conditionē: ſed cum  
eo ſi Bononiam Pontifici reſtitueret moram paci non facturum. Eam ſummam votorum  
eſſe. Excufaui Gallus rationes deeſſe, qui poterant poſſidenti, tenentiq; arma? His molitionibus  
extrahebatur tempus neq; belli initium erat, appetebat tamē omniū, quæ erant  
geſta grauiffimi. Gallus cum Bentiuolis inuito ſædere vrbem Bononiam eamq; familiam 10  
in clientelam accepit. Gaſtoni quin etiam Fuxēſi Namurſio duci, quē Medioloano præfe-  
cerat, bello Italico ducem ſummum vt in eius vrbis præſidium mitteret quadringentos  
equites grauis armaturæ mādauit, ſi res exigent, ipſe cum omnib. coplis iisdē veſtigiiſ  
ſubſequeretur. eā omnino vrbē ab iniuria tueretur, retineret impio. E cōtrario ab Anglo  
ea cauſa in Galliā legatūſ eiq; adiunctus Cabanillas Ferdinādi orator Gallum conteſtati  
ſunt palā, vt Bononiam Pontifici redderet. Si recuſaret pontificiam dignitatē & opes ſuis  
Principib. curæ fore. Belli haud obſcura denunciatione cōmotus animo Gallus deſtina-  
tū ſibi reſpondit Bononiam tueri, nō ſecus atq; Mediolanum; neq; terreri minis, moram  
bello non facere, cum vellēt experirentur. Accidit vt Pontifex ægrotaret ſalute ferme à  
medicis deſperata. Cæſar quoq; menſe Sept. Tridentū acceſſerat vnde Catanenſis Epi- 20  
ſcopus cōmeatu impetrato, ſe ſe retulit in Hiſpaniā. Vaſto is Princeps animo Pōtificatum  
erat cōplexus Iulii obitu, an etiā eo ſuperſtite. Sic fama tulit & annales teſtātur. Nō deerāt  
qui cupiditati fauerent vani aſſentatoresq; quales in aulis Principum multi viuunt. Præ  
cæteris Sanſeuerinus Cardinalis ei aſſiduus non Pontificatum modo pollicebatur, ſed &  
Neapolitanū imperium in partem acceſſurum, familiæ ope ſed & totius Italiæ virib. odio  
nominis Hiſpani. Iret tantū, ſuiq; in cōuentu Piſano copiam faceret, vbi cæteri factioſi  
Cardinales morabātur. Inanes molitiones, ſpes vanæ, multumq; à Ferdinādi Regis ratio-  
nib. & conſiliis diſcrepantes. Ergo ad quartū Nonas Oct. ſocietas tandē inſtituta eſt Hi-  
ſpanum inter Pontificē & Venetos, quam dixere ſanctiſſimā Bononiam recuperandi de-  
creto ac reliquam Pontificiā ditionem. Præterea tuendi Pontificū dignitatem aduerſus 30  
factioſos Piſanumq; adeo conſiliū. Leges ſcriptę, vt intra viginti dies ex quo ſœdus euul-  
gatum eſſet, Ferdinandus Rex mitteret in eā expeditionem mille & ducentos grauis ar-  
maturæ equites, velites mille, Hiſpanos pedites decē millia. Pontifex ſexcentos cataphra-  
ctos ductore Termentino. Ad eas copias à Venetis conſcriptus exercitus adiungeretur:  
maris imperiū tueretur peculiaris Veneta classiſ cū vndecim regiis triremib. collata. In  
ſtipendiū regii exercitus Pontifex & Veneti ſingulis menſib. quadraginta auri millia nu-  
merarēt, dum bellū eſſet. Ac die quo ſœdus euulgatū eſſet, duplicatam eam ſummam in-  
duorū menſium ſtipendia. Vniuerſi exercitus ſocialis imperator & ductor Regis nomi-  
natione præficeretur. Ita ſummā expeditionis Cardonio Neapolitano Proregi demāda-  
uit. Veneti in hoc ſœdere quacumq; pecuniæ ſummā Neapolitanis Regib. ex Aragonia 40  
gente, mutuā olim dediffent, miſſam facere conteſtati ſunt in deſunctos nulla recipiendi  
iam ſpe munifici. Cæſar ſocietatis particeps eſſe noluit: expreſſum tamen in ſœderis tabu-  
lis eo factā conſcio, ac vero fauente Anglo. Pontifici graues cōditiones extitere ac mo-  
leſtę, ac q; de pecunia ſancitū eſt, grauiffimū: re tamen neceſſaria conſenſit. Primum quia  
eo ex morbo decūbente nobilitas populusque Romanus arreptis armis tumultuati erāt.  
Vrbana priuilegia in fringi, ipſos tyrannica ſeruitute opprimi, ac iuſtū ſingulos ſeruitium  
pati palā conquerebantur. Dein Florentinis Gallico nomine addictis verendū erat: ne is  
Rex Romā vſq; armatus nullo prohibēte procederet: ac vero Petri cathedræ Pōtificem  
cū vellet de manu daret. Quod præcipuū erat. Piſanus conuentus ſolicitū habebat, ne q;  
fama vulgarat, eo deiecto, quaſi iure ſuo neq; ſine exēplo nouū Pontificem crearēt; malo 50  
rumq; ſuperiorū elluuiſ recurreret. Ipſo tēpore Dieghus Garſias Paredius notū pericu-  
lis & væcordi audacia nomē, de quo ſupra memoratum eſt, cōfecto Neapolitano bello  
piraticā exercuiſſe: delicti venia deſperata ſe ad Cæſarem trāſtuleraſ bello Veneto naua-  
turus operā. In eo ſemel & iterū captus eſt prius ad Veronam Epirotas inter & Cæſareos  
tumultuario inſtituto certamine: deinde Vicentiæ ex morbo lecto affixus cū ad ius Ve-  
netorū ea vrbis rediit. Villamarinus maris Præfectus ex Hiſpania, quo iuſſus cum triremi-  
bus ierat, Neapolim ſe ſe retulit bello ſociali & ipſe deſtinatus dux classiarius. Berēgarius  
Olmus cum aliquot triremib. ad cuſtodiā Granatēſis orę manſit in Hiſpania. Rodericus  
quoq; Baſanius aliiq; duces & milites lēbos piraticos, quos ad Tetuani fluminis oſtium  
ſe recipere

ſe recipere

se recipere cognitū erat, incensum ire pergebant. Cum nunciatū est Regē Phuthensem cum numerosis copiis septam ire obsessum. Accurrere vtriq; continuo ad præsidium. locorum vicinitas inuitauit, & studiū barbarum impugnādi, atq; in eo operā & industriam cunctis probandi. Septam vbi venire, Mauros Tingim processisse cognouere, q̄ urbem præsidio obtinebat Eduardus Menesius præcipua nobilitate Lusitanus pari virtute & industria. Spei aliquantū posse hostium impetū aliquādiu audacia sustentari, metus amplior ob exiguum defensorum numerum. Eo traiecere nostri sabbato ad quintū decimum Kal. Nou. Obsessos premi ab hoste inuenere, tormentis bellicis multos perēptos, quassatum murum late ruinā fecisse. In cuniculis maiori barbari spe propius urbē promouete castra ex propinquo quoq; acrius impugnaturi oppidum sub testudine parantes murti lapides vectib. conuellerē. In ea angustia nouo auxilio confirmati obsessi à virtute petere præsidium constituunt. Fortes numina iuuant, ignauos destituunt. Ac primū Rodericus Bassanius & socii ex oppido egressi in quandā hostium stationē irruere eo impetū, quem illi nō tulerunt. Multis ē præcipuis cæsis cæteri deseruere locū. Successu dein læti Lusitani equites die proximo cum Mauris dimicatum processerunt. Leue certamē fuit, rari dispersiq; pugnarunt nō acie instructa sed magno impetu procurrentes, si premerentur cedere nō turpe rati. Sic est mos gētis Africanæ. cæterum Lusitani equites cum Mauris pugnare longo vsu edocti ea dexteritate pressere aduersarios, vt Barbarus amissa spe expugnandi oppidum soluta obsidione die tertio castra retro mouenda duxerit. Castellæ duces se & suos Heracleam retulere è faucibus potentissimi hostis erepta ea vrbe subleuatis Lusitanis læti ouantesque bellicæ virtutis laudem Africanis spoliis potiorē existimantes.

*Bellum in Italia inchoatur. CAP. VI.*

**P**rorex Neapolitanus copias in aciem producere, iterq; institutū arripere parabat. Cū peditib. Petrus Nauarrus Caietæ & vicinis locis tēdebat. Equitatus in procinctu erat, cunctiq; ad profectiōnē expediti. Prosper Columna ire in eam expeditionē excusauit, in dignū ratus nisi se digna procuratione cōcredita signa aliena sequi. Contentione honoris suscepta magnæ sæpe in bello opportunitates corrūpuntur. Eo Fabricio Columnæ generalis in bello nomen & munus impositum est, ne & ipse patruelis exemplo militiā detrectaret. Andreas quoque Caraffa Comes sanctæ Seuerinæ ire recusauit quamuis Gallico odio à maiorib. hereditario. Notatum præ cæteris promptiores maioriq; alacritate ad induenda arma proceres Andegauenses extitisse. Superiores offensas nouis officiis cōpensare destinabant, mutato domino non minorē quam antea fecissent, constantiā præstare. Ardentiores præ cæteris Bitonti Marchio Adriæ Ducis filius, Atelæ itē Marchio Amalfitani filius vnicus, Traiecti Dux, filii Comitū Matalonis & Aliani. Ne Bisinianus quidē sua gloria fraudandus; etsi tentata valetudine destitit. Certæ tamē voluntatis argumento quoniam bellum contra Gallum erat Sancti Michaelis torquem Gallicæ militiæ & amicitæ symbolum ad eum Regem remisit quasi renunciata fide & amicitia. Tantundem Amalfitanus, Adriēsis, & Matalonius præstitere. Nauarrus cū suis legionariis versus Pontecuruum signa mouit. Paulo post omnino postridie kalendas Nouembris cum Prorege Neapoli equites processere, splendido cultu & fulgentibus armis conspicua acies. Ipso tempore Cæsaris animus variis cogitationibus fluctuabat, curisq; sæpe inter se cōtrariis circumactus. Hinc à Cardinali Sanseuerino inani spe lactabatur. Inde Petrus Vrrea si se confederatis Principib. adiungeret, causamq; susciperet, in qua salus publica verteatur communib. armis sumptuq; pollicebatur Mediolani principatū, sed & Gheldrię Ducem ne bello amplius lacefferet impugnatum iri. Hęc illi via magis placēbat quippe certior & tutior pro ingenio quamuis non satis quid factururus esset statuens. Ad fœdus Venetū reuocabat animū iis conditionib. quas Gursensi Pontifex antea obtulit. Optima videbantur quorū tempus effugerat. Sic solent homines inconstantes infelicesq;. Veneti. n. præter socialē exercitum, cui satis p̄fidebant, mille equites cataphractus suis stipēdiis alēbant quib. alii ducenti accessere à Paulo Ballionio adducti suo delectu illorū stipendio supra tria millia equites expediti maiori ex parte Epirotæ: ad hæc nouē millia pedites. Sic res Venetorū erant virib. satis & cōsilio pollentes: Magna tamē contentione Hieronymi Visiquii pro Ferdinādo apud Pontificē legati, Cæsarem inter & Venetos induciē pactę sunt. Quæ etsi in præsentī ex vsu socialis belli nō fuerūt, neq; enim Venetorū copię ad reliquū exercitū, q̄ agebatur sese adiungere, in posterū tamen salutates imprimis extitere. Interea Gallus Rex nihil de sua cōparatione remittere ac Namursiū diligēter monere q̄ primū vt cū hoste decerneret ad eas copias, quas numerosas habebat, nouis ex Gallia supplementis adiuctis validus. In Heluetiis etiā ingētes delectus habere statuit gentēq; ferocē adducere, ne Pōtificis patrociniū susciperet societatis cū hostib. virib. cōtra Cardinalis Sedunēsis

conatus & diligentia nouo purpuræ honore in studium Põtifici gratificãdi magis quam antea incensu. Simul vt Cæsare distineret Andrea Burgio interprete pontificatum illi, si id cuperet, sin minus ex eius voluntate daturũ pollicebatur scilicet de alieno munificus. An fraus & ludibrium erat. Addebat quæcumq; Põtifices de imperio detraxissent, vt recuperaret, effecturũ. Demum è regno Neapolitano eam partẽ quã ipse expetiisset, Mediolanenſes & Genuenſes quoties bellũ esset, lege perpetua certa Imperatorib. missuros auxilia quasi tributi honorarii nomine. Magnifica promissa, eoq; minus fidei. Inter hæc Sanſeuerinus Cardinalis à Cæsare impetrata venia discessit parũ lætus exiguo tantarum molitionũ prouentu. Cardonio Proregi deliberatum erat per Florentiã iter habere, nihil à tergo hostile relinquere: quoniam ea vrbs Gallo & factiosis Cardinalib. erat addicta. 10 Restitit Pontifex, qua causa incertum, sed per Aprutii fines mãdauit vt in Flaminiã contenderet, inde Bononiã. Anni tẽpus aduersum erat, sæua hyems, loca aspera impedita itinera niuem glacies astrinxerat. Multorum è militum numero tentata valetudine pauci tamen periere. Cum copiis omnibus Forũ Cornelii peruentũ est. In ea vrbe necessario dies aliquot sustentatum, dum milites mora recrearet, tormenta veherentur. Quæ Manfredonia mari missa in Arimini portũ intulere ipso natali Christi die principio anni mil- 15 1 2 lesimi quingentesimi duodecimi. Inde Forum Cornelii delata. Nauarrus cum legionariis vterius progressus ad Lucum & Bagnacaballum continebat suos. Atq; ne tẽpus frustra tereretur & vt operæpretio facto terrorem aduersariis incuteret Bastidã impugnare constituit Ferrariensis arcem Pado impositam ducẽtis quamuis & quinquaginra Italicis 20 militibus munitam. Placuit Cardonio id consilium. Admotis copiis pridie Kal. Ianuarii impugnari cæpta est arx. Obstructas consilio obſessorum mentes, ne exitiũ quidẽ imminens aperuit. Pugnatum acriter ab vtraq; parte: ac tertio tandem impetu vi Hispani intra arcẽ irruerunt. Magna pro numero cædes fuit. Omnes ferme defensores & puberes cum duce Vestitelo ceciderunt. Eo exemplo metus finitimos inuasit considerãtes nihil arduum fore gẽti, quæ intra quintum diẽm munitissimam arcem expugnasset. spes erat metu domari gentem posse: q; pulcherrimum est victoriæ genus. Ioãni Mediceo Cardinali in eo bello Legato Pontificio oppidum cessit, spolia militibus militaria magis quam ampla. Alfonso Aragonium Friderici Regis secundum filiũ expetenti magnopere Gallo Regi mater permisit quamuis duodecim non amplius annos natũ. Ex eo Galli conicere, præ- 30 dicareq; profecto destinatum cum Gallica puerum classe Neapolim amãdare populumque & gentem vniuersam ad arma per eum modum concire nouo Rege quem cuperent de manu dato. Fides rumori eo maior fuit, quoniam id credunt homines q; cupiunt: & in vrbe militibus nudata gens vniuersa summi, medii, infimi, vti antea habere consueuere, Regem peculiarem dari, expectabant, vitio humani ingenii præterita præsentibus potiora fore putantes: Hispanorum præterea militum licentia vniuersæ gentis inuidiosum nomen fecerat.

*Bononia obſessa.*

C A P. VII.

**B**astidæ captæ Nauarrus laude superbus se se Forum Cornelii retulit. Ex ea vrbe Butrium promotis castris, eo loco de ratione belli referente Cardonio consultatum est. Fabricius Columna, vt ad Centum & Plebem, quæ oppida Petrus Pacius cum expeditis 40 equitibus per eos dies de hostibus cæperat, promotis castris Castellum francum impugnatum irent, auctor erat, commodissimum munitione situque, quippe Carpiam inter, vbi Gallicæ copiæ statura habebant, & Bononiam, quo ipsi erant ituri, positum oppidum. Inde diuisis in partes copiis agri Bononiensis pagos & oppida carperent priusquam vrbe obſessa de rerum summa periclitarentur. Eam esse conditionem bellorum vt facilibus confectis, ad maiora & difficiliora procedatur. Nunciari præterea Namursium cum firmis copiis equitum peditumque auxilio festinare: intra urbem Borbonium nõthum, Alegrium, Robertum Marchiani cum trecentis cataphractis morari, ciues magno numero atq; bellaces. Quid certã victoriæ spẽ moræ impatientia euerteret? quid in pericula nõ necessaria intẽpestiua festinatione irruerent? Fabricii sententia aliis fere ducib. proba 50 batur, satis gloriosa cõsilia esse que cauta reputantib. nõ minus esse strenui ducis consilio quã armis vincere. Vnus Petrus Nauarrus vecordi contẽtione Bononiã cõtino eũdum disputabat quindecim nõ amplius millib. distitã. Fama bella confici. si alio recesserint aut cuctati fuerint, mer<sup>o</sup> & imbecillitatis infamiã subituros. Breui ac facile ea vrbe expugnata (sic videri voluit ex sua audacia de sũma iudicans) quasi dẽpto capite minora oppida in victoriæ partẽ accessura. Ea valuit sententia propter viri auctoritatẽ inter milites maximã, & quoniã segnẽ operã præstare erat solitus, si ab eius iudicio recederetur, quo vitio ferme capitosi homines & p̄fracti laborãt. Termestinus cũ copiis põtificiis roma ea tẽpestate p̄fectus quoniã in itinere obiit: neq; Vrbinas eã tũc curã suscipere voluit (& paulo post tamẽ mutata

mutata

mutata sententia pro se misit in defuncti locum vicarium) Pontificiis militibus & ducibus à Pontifice mandatū, uti Cardinali suo in eo bello Legato obtēperarēt, ac vero Cardonio summo duci copias traderēt, eiusq; cūcti imperiū respicerent, quē ut ampli<sup>9</sup> promeretur, excitaretq; nouo honore, pileū gladiūque misit munera magnis Principibus dari solita, p̄terea vexilla inter sacra natalitia ab ipsomet prece ex Romano ritu lustrata. Veneti neque pecunia, ut erat sancitum, neq; milite cōmunem causam iuuerunt, ac nomen magis quam vires ad sociorū p̄sidium attulere, suarū rerū anxii cura, an ex aliena industria fructū captātes. Enimuero socialis exercitus umbra tecti suæ ditionis vrbes à Cæsare occupatas recipere, & si possēt viresq; suppeterēt, tandundē de Gallo facere destinabāt. Ergo Bu

10 trio egressus Cardonius ad quartū à Bononia lapidē castra p̄mouit subiectos inde agros contēplatus cognouit loca aspera esse, acieq; explicāda incōmoda irriguo agro eoq; multis impedito riuis, atq; emissariis multoq; adeo luto hyemis maxime tēpore. Die proximo ad sept. decimū Kal. Feb. cū copiis vltius progressus locū castris idoneū cōsiderauit. Intra urbem quingenti iā cataphracti erant, pedites ad duo millia. dux p̄cipuus Iuo A

20 grius superioris belli memoria haudquaq̄ fracto animo. Accidit quo die Butrio Cardonius discessit, ut Ferrariēsis cū copiis Bastidā repeteret. Impugnatio acris fuit: intra horas viginti vi captā à fundamētis euertit credo in ea hostiū vicinitate sustētari posse diffusus. Prætorium Bononiæ vicinum ad tormenti iactum Belpogii nomine Bentiuolæ familiæ gentilitium metandis castris à Cardonio est delectum. Vltius cum peditatus parte Pa

30 dulæ Marchio & Comes Populi monasterium stationi delegere cui à Diuo Michaelē in saltu nomen est, extinctis ignib. quos ciues, quoniā vrbi imminet, quasi hostili loco, iniecerant. Sic bellum iura in contrariū mutat. Eo loco tormenta aliquot constituere reliqua in colle, qui vltra id monasterium molliter assurgit, ea parte impressionē in vrbs mania facere cogitātes. Namursius interim Parmā, vbi erat, copias in vnū cōferre: in quib. octin

40 gēti cataphracti, mille expediti equites, tria millia pedites numerabat. Præter eū numerum ad Finariū viginti à Bononia passuum millib. Ferrariensis auxilia præsto esse Vasconum duo millia cū aliquāto equitatu. Cum iis omnib. copiis Bononiæ obsidionem diffipare certe summā certaminis periclitari cogitabat ferox iuuenta opib. & nobilitate magnus. Fabricius Columna exercitus partē ad Centū & Plebē cōtinebat, quoniam ea iter

50 erat si Gallos trāsitu prohibere posset. Destitit tamē à Cardonio iussus se cū cæteris copiis iūgere atq; in aduersum vrbs partē trāsferre, qua mōtes eriguntur ex Apenini iugis diducti. Traducere in eā partem muralia tormenta destinabant: atq; ea propter mæniū imbecillitatem patefacto aditu per ruinas & lapidū stragem in urbem ferro penetrare. Verum paulo post nouo decreto, ut omnes copiæ intra vna castra coirent, visū est, ad bellica tormenta tuenda, & transitu prohibendū Gallica auxilia in consiliū pertinebat. Michaelis inter ædem & Florētiæ portā disposita tormenta ad quintū Kal. Feb. excussis ignitis globis late fecere stragē. Muri parte strata, per ruinas quidā milites turri vicina occupata vexilla in ea victoriæ argumēto erexerūt. Ingēs vtrinq; clamor sed dissonus disparq; victoriā hi ingeminare, arma illi arma. Periculo exciti obsessi magna vi eos milites tandē è tur

60 ri capta deturbarūt. Erectā ex eo ad meliorē sp̄e diui tutelares & superueniens tempestas sæuissima urbē ab excidio seruauit. Triduū continuatē noctu atq; per diem niues astrictis præ frigore mēbris ac milite vix tenēti arma, opportuna conatui, Namursium inuitarunt ut in urbem nocte cū validis auxiliis penetraret. Quod fecit nō tantū nemine prohibente, quoniam castra procul aberant, sed ne à vigiliis quidem conatu perspecto. Ex eo mutata plane belli fortuna est, atq; in contrariū cōuersa. Cardonius propter hyemis sæuitiam veritus ne aliquod insigne detrimentū extaret: & alioqui minori iam spe vrbs nouis copiis firmatæ potiundē, retro cum copiis & tormentis ad Lazari fanum duobus à Bononia millibus se recepit. Pontificiæ copiæ vltius metu prouectæ non prius cōstiterunt, quam Forū Cornelii ditionis Pontificiæ urbem ventū est. Cardonius ad Petri fanū castra pro

70 mouit, reliqui duces per vicina circa oppida distributi, dum frigora remitterent & cœli sequentis rigor mitesceret. Is fuit exitus Bononiensis obsidionis maiori apparatu quā fructu fama quā laude. A plerisq; ut fit, Cardonius accusabatur inertia, quasi rigidissimo tēpore elabi octo dies passus esset, priusquā aliquod operæpretiū cōstaret, castra imperitē metata procul vnde debuissent. Cuniculis & aggerib. agendis nō minus fuisse peccatum. Deniq; eam negligentia atq; incuria extitisse, ut hostis in urbē nullo prouidente euaserit. Sic sunt militū ingenia prospera omnes sibi arrogat, tristia imputātur ducibus. Tempus enim conatui importunum profus extitit. id præ cæteris in Cardonio fama accusauit, quæ pretium reb. & nomen dat. Ne Heluetii quidem cōtra quā sperabatur & erāt politici ad obsidionē accessere: ac ne à Venetis vlla auxilia venire uti ex fœdere debuissēt.

Sic inuat rei malegestæ culpam ex parte cum aliis communicari. Huic obsidioni prætor cæteros Antonius Leiuæ, Aluaradusque interfuere atq; Ferdinandus Daualus Piscariæ Marchio ab his rudimentis quantus & qualis dux in Italica breui futurus? Diuersa in parte nihilo commodiori successu Henricus Angliæ Rex, cum primum se anni tempus aperiret, in Aquitaniam irrupere parabat & sua sponte incitatus veterum de ea prouincia contentionum memoria, & Ludouici Carroci à Ferdinando legati accurata diligentia, vt pollicitis staret, neq; communi causæ deesset sedulo obtestantis. Delectus in id bellum dux Thomas Grauis. Orseri Marchio gratia & auctoritate in paucis pollens, quippe Regem arcto propinquitatis gradu contingens. lente tamen conatus procedebat. Ferdinandus Rex vt intermisso interim bello Africano, copiæ porro Orano deducerentur statuit, 10 iis tantum relictis militibus, qui ad tuendam urbem opportuni & necessarii videbantur. Minor vt numerus esset sumptus leuior prouisum, suburbano agro & vrbaniis domibus inter milites distributis ita vt ducenti equites pedites quadringenti ex iis prouentibus præfidiarii alerentur. Quo libentius ea domicilia transferrent, data nouis ciuibus tributorum omnium immunitas etiã decimæ rerum venaliũ: singulis præterea addita ex regio fisco ordinaria stipendia, dupliciariis maiora. Sub idẽ tempus Olisipone pridie Kal. Februarii ex Regina filius est natus, cui Henrico nomen fuit, mores castissimi; cõsequenti tempore accessit purpuræ honor, ac postrema ætate mirabile seu ludo seu sorte extinctis propinquitibus magno numero Lusitaniæ regnum obuenit Sebastiani Lusitani Regis infelici casu. Miraculo habitum quo diẽ natus est infans niuem copiosam decidisse insolitum in 20 ea vrbe & rarum propter aeris calique magnam temperiem. Niuis candorem affirmant quidam portendisse vitæ sanctitatem, castimonie laudem ad mortem sine vlla labe retentæ cultæq; nullis ad mortem illecebris voluptatum victa constantia. Vultu inter omnes fratres & totius corporis habitu paternam imaginem proxime representauit, animi magnitudine & constantia nõ impar. cum regno q; annuũ & septimestre fuit, nihil affecutus præter molestias & curas graues integra semper probitatis fama nõ ita pridem decessit. Burgis Ferdinandus agebat. Ibi ad quintum decimum Kal. Martii extincto Bernardino Velasco Magistro equitum, vt Iuliana defuncti filia regia neptis nuberet Petro Fernando Velasco perfecit filio maiori Enesci Velaschi, cui ad fratris defuncti opes dono Regis & nominatione Magistræ quoque equitum honos & dignitas accessit. 30

*A Pontifice Vasconum Rex anathemate deuinctus.* CAPVT VIII.

Namursii absentia Brixia & Bergomi ciuibus occasionem præbuit, quam illi arripere auide, excusso Gallico imperio ad ius Venetorum verus redeundi. arces tantum in fide perstitere præfidiis defensæ. Eo maior audacia visa est. Ne id exemplum ad alias ciuitates manaret, quæ Venetis ereptæ Gallo parebant, ac omnino ne dissimulatione latius serperet defectionis malum prouidendum videbatur. Ita Namursius Bononia liberata obsidione munitaq; competenter, eo continuo accurrere statuit Alegrio secũ deducto, atq; in eius locum substituto Fulleta Gallo, qui Bononiam cum idoneis copiis tueretur. 40 Eæ erant trecenti cataphracti & tria millia pedites, idonea rebus maioribus manus. Accedenti propius Namursio grittus obuiam processit cum Venetorum copiis & Brixianorum proletariis incondita multitudinẽ in speciem iusti exercitus. Patrati facinoris conscientia, venieq; desperatio ciues reddebat audaces. Detrectauit Namursius certamẽ. cur enim etiam secundo prælio aliquos ex suis amitteret? cur fortunam periclitaretur? Ergo flexo ad montes itinere, nocte concubia in arcem ingressus, ea parte in urbem vi irrupit. Vrbe capta in vicina Venetorum castra extemplo impetum dat. Acerrima pugna fuit, feruente cæde, ac pugnae alternante fortuna multi ab vtraque parte cecidere: victoria tamen penes Gallos stetit. Capti Grittus ipse copiarum dux, & Antonius Iustinianus ei vrbi Prætor à senatu datus, Paulusq; Manfronius. De Ludouico Bogaro Comite quoniam 50 urbem Venetis prodiderat, quippe in ea natus multum apud ciues poterat, capto cum aliis in pugna, causa è vinculis dicta, quæ bona esse non poterat, lege maiestatis supplicium sumpsere. Eo exemplo seueritatis Bergomates moniti ad deditiõnem flexere animos. Namursius magnus antea & clarus, clarior & nobilior haberi cæpit, qui Bononia defensa, fugatis Hispanis, duas opimas vrbes ad imperium ea celeritate reuocasset. Reliqua consentanea non fuere. Obenigno cum valida manu Brixia curare iusso, ac reliquis copiis circum Veronam distributis, vt fructus aliquis victoriæ per otium esset, Mediolanum ad uolauit, ludis & cõuiuuiis, ad q; ætas vocabat, dies celebraturus, quos ante ieiunium anniuerfariũ vulgo homines cū lætitia agitare solent. Molestè id tulit Gallus Rex in eo rerum articulo

articulo intēpestiue sane cessasse, vt cōtinuo in aciē copias producat, districtē mādat, Car  
 dōio & fociis obuiā. Imminuto hostes suorū numero, reb. in arcto positis, ex recēti incōmo  
 do nominis gloria obscurata, anteq̄ sublato metu fiducia rediret, p̄fecto in p̄ceps impelli  
 posse, tātū ne bene agēdi occasiōi deesset. Cōuētus Pisani Patres ex Hispanorū ignominia  
 angustiaq; & Gallorū felicitate cōfirmatis amplius animis, ex suo numero duos Cardina  
 les designarunt Sanseuerinū, qui Bononiā in Italia, & Baiū, qui Auēnone in Gallia p̄es  
 sent vterq; legati nomine & potestate. Vt Venetos cū Cēsare in fœdus conciliaret magna  
 quāuis Pontifex cōtentione, iis conditionib. quas pridē obtulerat, repetitis parū profecit  
 tamen ne à Cēsare quidē impetratum, vt se ad pactā nuper armorū societate adiungeret,  
 10 labantib. Hispanorū reb. grāde momentū allaturus. cautiōr ille belli socialis spectator esse  
 mallebat quā particeps, consiliū sumpturus vt res darent. Interim quidquid viriū erat, ad  
 uersus Venetos cōferre decreuerat vindictæ audis. Industria tamē & diligētia Hierony  
 mi Viquii legati, induciē in tēpus sunt pactæ certis cōditionibus: in quib. Veneti pecuniæ  
 summam haud exiguā repræsēntare Cēsari iussi sunt, inopia tamen minorē, neq; quanti  
 litem ipse æstimaret Regi Gallo præcipua cura erat secundum bellū Italicū Northmāniæ  
 primū, deinde Aquitaniæ littora & arces muniendi: in quæ Angli primum impetū futu  
 rum prouidebat: ne dum longinqua captat, proxima amitteret. Simul Vasconum Regem  
 sibi omnibus officiis deuincire studebat: ex arcano in Gastonem Fuxēsem Namursiū  
 20 Ducē in controuersia de Vasconum regno pronior, atq; eā ditionē confecto bello Italicō  
 se illi de manu daturum pollicitus. Galli amicitia Vasconi exitialis exitit. Id qua ratione  
 cōrigerit, paulo plurib. explicandū est. Cognito Pontifex eū Regē ecclesiæ hostib. fauere,  
 ac vero Pisani conuentus Patres, suos hoites complecti ex animo, re cū Cardinaliū sena  
 tu cōmunicata ad illud extremū atq; vltimum decurrit, q̄ aduersus rebelles Principes fa  
 nitate desperata remediū vsurpari consueuit. Senatus cōsulto Rex & Regina Vasconum  
 execr. tione ritu Christiano deuincti ditione omni spoliātur, ad cōmunem prædā eo de  
 creto aliis Principib. inuitatis. Hæc sententia ad duodecimū Kal. Martii est Romæ pro  
 nunciata. Suspecta Ferdinādi Regis fraus erat, & paulatim in plures cæpit manare rumor,  
 eo annitēte seuerū decretū & graue prodiiisse, coniectura probabilis, quoniā diu penes se  
 arcano id diploma Pontificiū occultauit, dū variæ cogitationes recurrunt animo scilicet,  
 30 quid fama locutura esset, sanandiq; eos Principes rationē mitiorem instituere satagit. Sic  
 sub Martii finē Petrū Hontanoniū legauit, qui eos Reges officii admōneret, si saperēt, ne  
 cum Gallo rationes miscerent, neq; suis atq; ecclesiæ hostibus porro fauerent neq; per fi  
 nes transitū darent. Vtriusq; rei pignus Henricus filius esset in Castellam ablegatus certa  
 coniugii spe ac fide cū Isabella aut Catharina Ferdinandi neptib. Honestissima postulata  
 feroci Vasco animo repulit gallicis credo fretus opibus, si quid incideret aduersi. Quin  
 Ferdinādo studentib. molestus esse, nouos in ditione habere delect<sup>9</sup>. Neq; cessare quam  
 uis à Ioāne Ribera limitis Præfecto monitus. res gallorū in Italia prosperæ, cōtra Hispa  
 norū afflictæ animos faciebant: quæ pleniora & vberiora pleriq; ad suos scribebāt, multa  
 etiā afficta rumorib. supra verū. Cardonius in agro Bononiēsi cōtinebat copias, neq; re  
 40 tro redire, gnarus quātū scilicet in bello fama possit & nominis existimatio, neq; vltorius  
 progredi ausus, etsi Pōtifex monebat, vt in Mediolanenſes fines irrūperet. hostes in ditio  
 ne bello laceſſeret. Verū ne cōmeatus interciperētur, prouidēdū erat, dignitatis specie ne  
 incurreretur in maiora mala. Rhauēna lōginqua vnde annona deferebatur in castra, ho  
 ste virib. & fiducia præualido. Hyemis sæuitia imminutæ numero copiæ, multis extinctis  
 plures alii signa deseruerāt atq; infrequētia reliquerant. Præterea hoste prope constituto  
 sexcenti equites Pontificii cum Vrbinatis legato è castris vno impetu discesserant specie  
 quasi nō soluerentur stipēdia, & ab Hispanis extarēt insidiæ. Omnino Urbini Dux occul  
 ta cū Gallo cōsilia agitare nō est veritus: & cōstat qua nouos delectus haberet pecuniam  
 ipsi à Gallo decretā in nominib. apud Florentinū mensariū. Has ob causas sociali exerci  
 50 tu vehemēter imminuto, Cardonio & Legato Pōtificio visū quatuor millia Italicū gene  
 ris in supplementū cēturiare. Pōtifex octo millia iubebat, si fieret, pecuniæ cōtinuo obla  
 ta. Nouo supplemento cōfirmatis viribus q̄ primum vt cum hoste confligeretur, auctor e  
 rat, ager mora & sp̄ei impatiens. Cautiōr Ferdinādu gnarus Gallorū vires initio validas  
 mora languescere, bellū dūci iussit dum Venetorū copiæ aduenirēt; q̄ pactis cum Cēsare  
 induciis facile erat modo volentib. Heluetiorū præterea numerum adiungi, si eius rei fa  
 cultas nō esset, certe Germanorū. Satis gloriosa cōsilia, quæ tuta, patiētia nūi vires iuuarēt  
 in præceptituros. Id vt suaderet, Ferdinandum Valdesium cohorti pratorix Præfectum  
 in Italiam amandauit, qui Pontifice Romæ de ea re conuento in castra delatus eadem  
 Cardonio eius verbis denunciaret. Fecit ille mandata diligenter. Ad Cardonium venit  
 ad quartum Kalendas Aprilis quo iam tempore vtraque castra in conspectu erant: vt vix

videretur posse detrectari certamen citra grauem nominis ignominiam iacturamq; partibus quæ recusaret. *Nobilis pugna ad Rhauennam facta.* CAPVT IX.

AD Petri fanum, Butrium, Cætum & Plebem agri Bononiensis oppida socialis exercitus statiuæ habebat. Cardonius iis locis Gallos expectare constituit, si vellēt prælio vniuerso decernere locorum natura nostris propitia faciebat animos, & incredibilis in milite ardor pugnâdi. Superior ignominia incitabat & partæ toties de Gallis antea victoriæ. Promouere Galli castra, eisq; adiunctus Ferrariensis cum valida & numerosa militum manu cultu fulgenti & armis conspicua. Triduo utræq; acies in conspectu constitere; neque tamen ad manus est ventum; dum Galli locorum iniquitatem perhorrescunt, Cardonius regis sui mandatis à Valdesio allatis obsequi cupit, neque vniuersi certaminis sortē subire nisi re necessaria, certe de suo loco pugna commissa ad non dubiam victoriæ sp̄. Ergo Galli detrectata pugna, in cuius euentu rerum & imperii Italici summa vertebatur; pridie Kal. Aprilis mouere castra. Rhauennam petere destinatum erat. Ea vrbe capta, quoniam ex eo copioso rerum venalium mercatu in hostium castra annonæ affatim in dies deferebatur, rei frumentariæ angustiam fore putabant. Eo metu Cardonius dieb. superioribus Petrum Castrium cum centum equitibus expeditis & Ludouicum Dentichium Neapolitanum ciuem cum mille peditibus. Italis præmiserat ad vrbis præfidiū. Parum spei erat diu eos sustentaturos aduersus vniuersas Gallicas copias: vrbs ea tanti, vt continuo iisdem vestigiis hostem subsequi constitueret. Trium non amplius millium spatio inter vtraque agmina. Et de Rhauenna tamen sollicitus Marcum Antonium Columnam cum centum suis cataphractis & quingentis Hispanis peditibus iubet præcedere; urbemque ingressus tueri. Mari Adriatico Rhauenna adiacet inter duos amnes sita facili ambos vado. Vno Ronco nomen, Montoni alteri. Aluei ita propinqui vt vrbis mœnia stringant, ad læuam Monto, Roncus dexter, inter duos petentibus urbem, olim Vitis dictus. Ad eam urbem inter fluuios castra posuere Galli die Iouis Christi cruciatuum memoria sacro ad sextum Idus Aprilis. Die proximo muro succedentes impugnant conatu acerrimo. Defendunt præfidiarii milites magna virtute. In primis Ludouicus Dentichius, qui inter pugnandum amisso fratre, ea & ipse vulnera accepit ex quibus breui decessit. Cardonius secundum Roncum amnem gemina dirimentem castra exercitusq; ad urbem propius accedere pergit. Sabbatho duob. ab hoste millibus confedit ad molas frumentarias, fossa ducta, sæpeq; labro interiori prætentata. Disceptatur in consilio, deberent vltra procedere. Variæ extiterent sententiæ & contrariæ. Fabricio resistere placebat eo loco. commeatus ipsis facultatem hostibus inopiam breui futuram dicere. Præterea ex eo loco urbem tueri promptum, aut si hostes occupare ausu temerario tentarent, à tergo vrgentibus certam victoriam. Nauarrus contra differuit homo sui capitis, & inimicus consilii etiam saniori, q; non ipse dedisset. Magnam is pugnandi cupiditatem semper præ se tulit confusus maxime Hispanorum virtute, quos aduersus omnes hostium copias parabat obiicere. Non audacia ea sed temeritas sed furor erat. Cautiori sententiæ prælata ea in qua plus dignitatis inesse videbatur, promotæ nostrorum acies. leue certamen extitit, equitum gallicorum numero in primum nostrorum agmen inuecto. Nihil tamen ad memoriã eo die incidit insigne. Hostibus tantum in sua castra reuersis, nostri ea nocte ferme in conspectu constitere, diurno nocturnum laborem continuantes subitaria munitione castra cinxere. Die proximo Dominico, qui Christi ad vitam reducis memoria celeberrimus fuit: tertio Id. Aprilis utræq; acies quasi ex condito ad pugnam sunt explicatæ. Galli viginti quatuor millia pedites numerabant, Gallos Vascones, Germanos, & Italici generis, duo millia cataphractos, equites expeditos pari numero bellica tormenta quinquaginta. In primo agmine Ferrariensis & Palicius curare iussi sunt. Medium agmen Nortmanniæ Senescalus & Sâseuerinus Cardinalis conuentus Pisani legatus tenuere. Fridericus Rozolius aciem postremã. Namursius cum lecta equitum turma ad subita mansit in subsidiis in eam partem daturus impetum, vbi maxime sui laboraret. In sociali exercitu eminenti fama ad decem & octo millia pedites contineri, vero Hispani octo millium numerum non efficiebant. Italicorum millia quatuor; mille & duceti equites grauis armaturæ, leuis duo millia. Tormeta quatuor & viginti non amplius. Debuerat Cardonius ante aurorã mouere silentio agmina neq; cõclamatis vasis, vt trãfitu hostes amnis aciesq; instruere ex disciplina in aduersa ripa prohiberet. In eo quoq; cõtra Fabricii monita Nauarrum aut suum iudiciũ secutus. Sic hostibus facultas data ponte trãmisso copias omnes loco patenti explicandi. Primum in sociali exercitu agmẽ ductabat. Fabricius octingentis cataphractis, sexcentis equitibus. expeditis, peditum quatuor millibus constans. Reliquæ copię oēs in gemina agmina tributæ ductoribus. alterius Cardonio, alterius Petro Nauarro. Hoc ordine promouerunt acies. Duces pro se quisq; suos milites p turmas



mas & manipulos ad pugnam hortari, victoriam polliceri, inanes metus decederent fortibus animis. Namursum imprimis ad circumfusas legiones hac sententiâ locutus fertur. Quod diu milites, expetiistis cum hoste patentibus campis certamen fortuna seu vis maior, benignæ instar matris tot antea largita victorias, in præsentî annuit: offertque vobis opportunitatē illustrioris victoriæ, quam quæ ab omni memoria ab vlla gente sit parta. Equidem vocem sæpe vestram audiui, Quando dabitur hostis, quando acies instruetur? En vota virtusq; in aperto, omnia vobis prona eademq; hostibus aduersa. Adeste animis, nihil in nostra oratione vanitatis est. Non Rhauerina, vniuersaq; AEmilia atq; Flaminia vestræ virtuti cedent: sed quantula pars erunt præmii ex parta victoria parti? Nullo qui resistat in Italia reliquo, quis Româ vobis eripiat, urbē & curiam Christianorū toto vrbe spoliis superbâ: his copiis auro, argēto, gemmis, vesteq; pretiosa multos per annos structis ditari ad miraculū an vllus vetet? Roma Neapolim an pferre arma pigeat, atq; superioris tēporis iniurias multas & graues hostiū, qui fecerunt, exitio vindicare? quanta cū gloria & fructu dicere non attinet. Tantâ felicitatē etipiat nemo: proxima victoria semper sequentis erit instrumentum. Quod virtus vestra pollicetur, fortuna, victoriæ frequentes, vultus alacritas & ferocia. Aduersarii ii sunt, qui turpi fuga Bononia disceserunt noctis tenebris tecti, qui fori Cornelii & Fauentiæ mœnibus asperis ve locis salutem tueri quam dextris maluerunt. Is igitur vobis & illis animus erit qui fugacibus & victorib. esse solet, humilis illis & abiectus, vobis erectus & ferox. Nunq̄ hæc colluuius cum nostra gente de Neapolitano regno æquo Marte pugnavit, sed fossis, aggeribus, aut fluminibus obiectis. Ne hos quidē eos esse milites credite, qui in bellis Neapolitanis inueterarūt, sed aut ex eo numero fugacissimi, ideoq; tandiu superstites, aut tyrones nullo vsu: certe cū Maurorum modo iaculis & retusis hastis pugnare soliti, atq; ab iis ipsis anno superiori victi fusiq; ad Mænyngis insulâ corporib. imbecillitatē animis ignominiam in acie protulere. Iam pridē Hispanorū acerrimi ceciderunt: ignaui & metuentes supersunt. Nauarrus quoq; tanti scilicet nominis dux ea prudentia, suo malo didicit quantum inter se differant ignitis globis actisq; sub terra cuniculis subruere mœnia, & hostē propius ferire. Nulla illis in vera virtute fiducia posita est sed in fraude. An hac etiam nocte non aduertitis se subitarii operis fossa, obiectisq; carris inclusisse, leui munimento scilicet, neq; intelligentes longe aliter q̄ fortassis cogitant, certamen fore. Igneq; pilæ tormentis excussē, mihi credite, è cauernis & latebris in apertū producent. Ibi quantum Gallorum alacritas, Germanorum ferocitas, Italarum generosus ardor Hispanorū fraudib. præstēt, facile dignoscetur. Illud vereor modo, ne aliquid ex vestra gloria decerpatur numerus q̄ hostiū ferme duplo maior. Sed oblatâ tamen cœlitus vincendi securitatē arripere, quis iure interpretetur ignauiâ, & iure non potius temeritatē & insaniam hostium accuset? Quos ad pugnâ non virtus non spes trahit, sed Fabricii Columnæ auctoritas alieno periculo satagentis Marco Antonio propinquo, vti est pollicitus, opitulari. Aut potius excecet animos diuina vindicta, cū vim suâ refringi non vult, Iulii falsi Pontificis superbia & sceleribus irritata, fraudib. Aragonii Regis & perfidia, nostri Regis simplicitati sæpe illudentis. Verum quid attinet nō necessariâ orationem longius producere? Quid fortissimorum militum victoriâ prolixo sermone morari? Reo auspice in hostes irruite. Hic dies meo Regi imperiū, vobis ditissima Italiæ spolia præstabit. Ego dux vester nulla salutis cura, vti facere sum solitus, omnibus partib. adero virtutis cuiusq; testis spectatorq;, adiutor in periculo, omnium ducum felicissimus maiorib. ex victoria diuitiis paratis q̄ vlli à trecētis annis milites in Italia retulerint. Excussæ mox tormentis pilæ stragem late in Gallorum prima acie fluuiū traiciente fecerunt: multo maiora damna intulerunt nostris cataphractis Gallica vicissim displosa tormenta quippe duplicato numero q̄ socialia, locoq; aperto scienter disposita, adhuc nullis obiectis exaduersum munimentis. In eo discrimine Piscarius cum expeditis equitib. impetū in hostes facit: vt pugna eomin' cepta miscerētur agmina. Cataphracti ab vtraq; parte subsecuti sunt haud satis seruatis ordinibus. Prælium varium, atrox, anceps fit, his rursusq; illis exitiabile. multi in vestigio pleriq; non inulti cadunt aduersis omnes vulneribus. Gallorū equitum numerus maior erat, alacritas conspicua. Multitudine hostium, nostri constantia victa loco tantisper moueri cœperunt. In eo conflictu Piscarius equo vulnerato viuis in hostiū potestatem venit, cecidit Petrus Pacius præstanti virtute Dux in bello Neapolitano ingenti laude parta. Tum Petrus Nauarrus cupidus victoriæ gloriâ vniuersam ad se trahere equitum turbatione conspecta Hispanos pedites recenter in pugnâ inducit trecentis à tergo equitibus, quos potuit colligere, firmatâ aciem. Anteq̄ in Germanorum peditatū impressio fieret, Zamudius Tribunus animaduertit è Germanis centurionib. quendâ Iacobum Empserum nomine proiectum à reliquis, eum quippe

fulgentibus armis conspicuum ad singulare certamen vocare. Correpta is atq; concussa militari hasta, ô rex, inquit, quanti tua hoc die constant beneficia, leue profecto pretium hodierni periculi atq; ambigua sorte certaminis. His dictis in Germanum irruit, vastoq; hostem corpore primo ictu ad terram strauit. Reliqui eo spectaculo cōmoti, cęci furore in ferrum ac vulnera vęcordi audacia ruunt. Momentoq; tēporis fufis cęsisq; Germanis eodē impetu in Vascones & Italos inuecti cęsos in fugā auertunt. Maior aliorum fuga q̄ cędes, Germanis insita constantia exitio fuit. E duodecim eius gentis centurionib. nouę cecidere nihilominus, aliorum militum cędes par. Neq; destitere Hispani priusq̄ ad tormenta ventum est: capta etiam eodē impetu quidā scriptores affirmant, Gallici negant: atq; a lenolaco Galeoto rei tormētarię Magistro egregie fuisse defensa aiūt. Illud cōuenit, Gallicum equitatum ea strage & periculo perspecto conuersis in Hispanos signis eam impressionē fecisse cui pares illi non fuere: q̄uis aliquandiu fortiter pugnarunt, quippe diuturna pugna fessi, nullo equitatu defensi. Tunc Zamudius periit. crudele fatum tanti viri virtuti non debitum, periire plures alii duces. Petrus quoq; Nauarrus captus est. Reliqui atq; iis adiuncti qui ex prima acie superfuerant cladi, seruatis ordinib. se recipere cęperunt ex vno latere clausi amne, ex altero vię publicę aggerem pro munimento habentes. Cupiebat Namursius eo cęso agmine victōria integra potiri, neq; de publica lętitia quicq̄ diminui, si maior hostilis peditatus pars incolumis euasisset. Palicius satis eo die esse profectum disputare neq; cōmittendum vnde irritabile hominū genus amplius efferuesceret. sępe ex desperatione sp̄e ortam. Ille nihil his monitis est deterritus. cum paucis prouectū ac molestum esse porro pergentem conuersi Hispani ex equo præcipitem dedere, peremit miles gregarius nihil prostrati verbis motus, captiuum se habere reginę Aragonię fratrem. Incensus furore animus misericordiam nō recipit, an Gallica verba Hispanus non intellexit. Periire itē Allegrius & filius, Lautrechius pro mortuo inter iacentes relictus est. Sic secundo flumine ad tria millia milites abire sunt permissi. Fabricius interim cum suis & quos ex reliquo numero colligere potuit pugną alia parte sustentabat, neque prius destitit quam duob. vulnerib. acceptis & cum equo prolapsus venit in potestatem Ferrariensis militum. Capto Fabricio nullo amplius repugnante victōria à Gallis aperte stetit tanta tamen strage afflictis, vt neq; ad insequendum hostem satis animi fuerit, neq; ad novos conatus. De cęsorum numero nihil certi statui potest propter magnam inter scriptores varietatem, vulgato gentium affectui vno quoq; vt videtur, seruiente. Illud cōstat quinq; horas pugnam tenuisse aliquanto maiori quam hostium vinctiū clade, siue Namursii summi ducis cęde Germanorum ferme omnium strage occisisq; ex vniuerso exercitu nobilissimis præter Ferrariensem Paliciumq; siue socialis equitatus incolumitate, prorsus vt ea nocte ad tria millia equites versus Ariminum & Anconā sese receperint qua grauis armaturę qua velites, ad hęc pedites Hispani sup quatuor millia euasere. Cardonius ex fuga Pisaurium primum, deinde Anconam abiit fugientes fusi exercitus reliquias collecturus. Factis & genere viri præstantes seruati sunt Traiecti Dux, Populi Comes, Rodericus Diacius Ceron, Alfonso Caruaialius, Antonius Leiuā quamuis duob. equis in pugna tormentis occisis. Fernandus Valdesius qui pugnę interesse voluit, Iulius Mediceus miles Hospitalarius. Capti præter superiores, legatus, & Ioānes Cardonius Padulę Marchionis frater, q̄ ex vulnerib. decessit, Fernandus Alarconius, Marchiones Ateleq; atq; Bitonti, alii præterea quorum inire numerum longum esset. Captiui Mediolanū sunt deducti, Fabricius tantum, Alarconius & Ioannes Cardonius Ferrarię mansere. Victori- bus secundum prælium continuo Rhauenna portas aperuit. Obstructas antea consilio se dedēdi mentes metus aperuit. Pactis tamē in deditioe conditionib. Galli non steterē rebus secundis feroces & accepta clade irritati. Egressis Marco Antonio Colūna atq; Petro Castrio Cęsanā versus, vrbē milites diripere, sęuitia & cupiditas instigabāt, vbiq; lamēta & vlulatus & fęda captę vrbis imago, nihil vsq; secretum & clausum, aut si resisteretur certa cędes. A deo vt Hispani militis inuidiosa antea petulantia desideraretur. ne tēplorū quidē thesauris aut monasteriis pepercere. Gallici scriptores Iaquinū centurionē eius vęcordię auctorē extitisse, accusant: q̄ ex spoliis Brixię sacris, auro intertexta veste superbus. Simili cōpendio ductus, q̄ capitale extitit, militib. suasit vt par impietatis exēplum Rhauennę etiā constituerēt. plures certe opinione intra vrbē copię omne genus sunt inuētę. Forum item Cornelii, Forum Liuii, Cęsana, Ariminum, ac fere omnes Flaminię arces in victorię partem vltro concesserunt. Quas Sansuerinus Legatus, Pisani conuentus nomine in fidē & tutelam accepit. Pręlii huius q̄ inter Italica in paucis nobilissimum fuit, fama in omnes partes diffusa, Pontifex quidem non abiecit animū quamuis Romano populo ad arma consternato defectionemq;. Ac p̄cipue confirmauit Vrbinas delato extēplo studio

10

20

30

40

50

studio cupiens priora errata emendare, ad patri Pontificis redire gratiam: atq; Iulius Mediceus qui facultate impetrata visendi legatum patriuē req; cum eo cōmunicata Romā delatus, quo in statu res essent, anxio Pontifici renunciauit, suisq; & legati verbis bono animo esse iussit, maiorē cladē illatam Gallis q̄ acceptam: rerumq; breui conuersionē fore. Ferdinando Regi persuasum minorē multo stragem vero extitisse. Quādo ex eius litteris affirmatum inuenio, equites peditesq; ē suis copiis nō amplius mille & quingentis ratione inita desideratos. Magnū tamen Gonsalū in Italiā remittere statuit idotieum virum, qui sua præsētia ea vulnera maiorib. commodis sanaret. Sic litteris in omnes partes esse deliberatū sibi & fixū significauit. Solisio itē militi sacro duo millia Hispanos attribuit Neapolim continuo auhēndos in supplementum, melioris spei initium. Rex Gallus pugnae euentu nunciato, Vtinam inquit, Italiæ vniuersæ iactura mei Namursii vitā redimerē. Si miles victoriæ inimicis contingant. De iis enim scite vulgo dicitur. Qui victus est, superatur quidē, sed victoris tamen ruina. Veneris hac victoria erat persuasum, Gallis nō Neapolim tantū cessurā, sed vniuersæ Italię imperio spe & cupiditate imminere, iugumq; imposturos. Fluctuantes atq; de transitione cogitantes Spinelus Cariati Comes pro Ferdinando in ea vrbe legatus crexit oratione tēpori accōmodata, docens minora opinione damna extitisse: effecitq; ne ad nouū fædus respicerent reiecto veteri. Sorrenti Cardinalis pro Cardonio rebus Neapoli Præfectus, dum bellū esset, Hugonē Moncadā ē Sicilia aduocare in præsidium, admōnerēq; pro imposito munere Neapolis atq; Sicilia summi ducis ne cunctaretur rebus asperis succurrere: Quod ille libenter præstitit, Tripoli deductos milites, equitumq; numerum secum Neapolim deuehēs. Eandem Cardonius Ancona profectus, vrbe iniiit ad quartum Nonas Maii in vnam curam reparandi exercitum intentus, ac cætera bello necessaria conquirendi vt tempus & facultas darent.

*Conuentus Lateranensis inchoatur. CAP. X.*

**P**riusquam id præliū committeretur, Pontifex Romæ in conuentus Lateranēsis, quem indixerat, apparatus curā districtus octo designauit Cardinales in senatu qui mature considerarent: q̄ comparare opus esset, ac vero diligentem operam nauarent morib. tum Romani populi, tum præcipue curiæ aulæq; Pontificiæ acriori censura castigandis. Neq; enim decebat vbi domicilium sanctitatis & pudicitiaē esse debet, vnde leges prodeūt prohibitatis, à quib. iura sacraq; petuntur, ibi vigere prauitatē altis nixā radicibus: q̄ oculos & animos offenderet Episcoporū e toto vrbe confluentiū. Enimvero summus Pontificatus sanctos vel accipiat vel faciat æquū est. Siculos & Neapolitanos p̄sules priorib. edictis parere excusantes maiori q̄ alios cura euocare. Ex Hispania quoq; ac nominatim Toletanū Hispalensemq; vt veniret, vrgerē nobiles præ ceteris Antistites & graues. Eorū præsentia honestare conuentum cupiebat actionib. auctoritatem maiorē conciliare, vsq; eo studio prouectus vt Hispalensi purpuræ honorē modo veniēti deferret. Pisani conuentus existimationē per eū modo obscurare cupiebat, à factiosis Cardinalib. indicti & haberi ccepti. Ii per hosce dies Mediolanū delati conuentu in eā vrbe translato, victorię superbi supra verū celebri fama, eo sunt audacię progressi, vt edicta euulgarint in Pontificē cōtumeliosa & graui. In iis præfati sepe obtestatos hortatosq; Pontificem, vti sui in concilio copiā faceret, certe e decem vrbib. vnam conuentui idoneā ipse deligeret, libertate Patrib. decernendi data (quid enim si vox libera non sit, liberum esse?) nihil profecisse. ac vero eius improbitate infinitā vim sanguinis effusam esse mutandi nulla spe. Ob ea flagitia clauū iure spoliatum ex præscripta sanctione Basiliensi sessione vndecima, quarta & quinta Synodi Constantiensis, eoq; in synodum Pontificiā omnē potestātē decernere trāslatā. Sententię exempla pro forib. templorum Mediolani, Florentiæ, Genuę, Veronę, atq; Bononiæ sunt affixa. Proiectā audaciā probrūq; ingemuit orbis Christianus: Pontifici stimulos addidit vt in cceptis festinaret. Ergo ad sextū Idus Maii Lateranensis conuentus inchoationi Pontifex affuit actionū præses & moderator, affuere Cardinales atq; Episcopi magno numero ex variis regionib. in studium iuuandi ecclesiā Pisanorū Patrū audaciā frænandi incitati. In primo conuentu Egidius Viterbius Augustiniano ordini Generalis Præfectus excellēs ea etate atq; p̄ ceteris clar⁹ in Italia cōcionator, iussus ē suggestu dicere subiecta sentētia elegantē ad Patres orationē habuit. Anni fluxere aliquot, ex quo p̄ vniuersā Italiā ex Ioānis Apostoli Apocalypsi dicendi sumpta occasione, magnas ecclesiæ calamitates instare sum vaticinatus: certam tamen ex iis malis emergendi aliquando spē promitti, Lætor, Patres, atq; ex animo gaudeo nostrū vaticinium inane nō extitisse. Rebus enimvero in extremū discrimen adductis, & in tetrā malorū caliginē, quasi post obscure noctis tenebras melioris spei lumen ostenditur, serenū post sequam ventorum & turbinū tempestatem. Hoc discerpant inter cætera a cœlestib. terrena, q̄ illa instauratione nō indigent q̄ppe æterna natura;

,, res humanæ propter innatam inconstantiam & varietatem remediis opportunis ne penitus  
 ,, intereant soluanturq; reparari identidem opus habent. Quod victus animantibus, q; cul-  
 ,, tura irrigatioq; plantis est, id in vita & morib. accurata disciplina, ne noxiis vitiorum sentib,  
 ,, siluescant atq; vastetur instar neglecti agri. Bonus agricola arbores vel adminiculis erigit,  
 ,, vel circumcidendo castigat, sub aliena latentib. umbra cælum aperit, ramorum densitate  
 ,, impeditas interlucet, telluris vitio laborantib. mutat locum: neq; rectas tantum & fertiles colit,  
 ,, sed deprauatas corrigit & minus fructuosas: neq; sudori parcat, modo prædia hortiq; nitescant.  
 ,, Tantundem de pastoribus dici potest, sed locum videtis. Ergo doctrina & exemplis  
 ,, excolantur animi; quæ in populi moribus delapsa fluxere seueriorib. legibus astringantur.  
 ,, ea cultura esto. Vos omnes cælestis pater huius agri custodes & cultores dedit, sui gregis  
 ,, curatores. An æquum videatur inertiam se dare? alium stertere? & non potius cui omnia debemus  
 ,, pro ea vita sanguinemq; profunderet? Possunt quidem eam diligentiam pastores in suis singuli  
 ,, caulibus præstare, tantum ne exitialis somnus inuadat, verum à tempore Magni Constantini  
 ,, usu perpetuo edocti sumus multo id commodius contingere, maiori efficacia; cum Anti-  
 ,, stites in vnum locum conuenientes, diuinoq; afflatu adiuti inter se conspirantes de salute pu-  
 ,, blica in comune consultant. Repetite Patres veteres historias, euoluite antiqua scriptorum  
 ,, monumenta, reuocate in memoriam superiores ærumnas & mala. Quis hæreses antiquas  
 ,, & sectas nefarias à stirpe conuulsit? concilia. Quis Principum insolentiam frænauit, terro-  
 ,, rem improbitati ne se efferreret grauis & importuna quis incussit? an non id concilia præ-  
 ,, stiteret? longum esset explicare singula; sed certe quid ecclesie vniuersæ maiestatem tuetur,  
 ,, cultum religionis & sanctissimas caeremonias illustrat, populi prauitatem coercet, fouet pie-  
 ,, tatem & legibus vt obtemperetur facit? An non hæc omnia à conciliis præstantur? Quod si labori  
 ,, & industriæ fructus non respōdet, si vitiorum pestes in multorum perniciem & reip. dedecus  
 ,, maiori quàm opus esset, licentia grassantur: videte Patres, ne forte salutaris instituti intermissio  
 ,, eam concitauerit labem. Magna vis horum conuentuum existit, saluberrima operatio, ita tamen  
 ,, si accedat innocentiam in nostris morib. & probitatis exemplum. Certissimum subsidium à  
 ,, vita rectorum reliquæ diligentiam paratur, nostri capitis imitatione, & doctoris, qui vt diuine  
 ,, perhibent litteræ, cœpit facere & docere. Salutaris doctrina est, sed si docentis exemplis  
 ,, iuuetur. Displicet hominibus imperata correctio, actione facillime iubetur, exemplo fa-  
 ,, cillime obtemperatur. mouent enim magis exempla quàm verba, atq; vti nã o vti nã tam multi  
 ,, bene operarentur, quàm multi præcipiunt bene. Verum in re certissima herendum non est.  
 ,, Sed quis tamen non videat, non gemat huius æui ærumnas continuas & graues? mores po-  
 ,, puli in omnem licentiam solutos. Imperitiam, ambitionem, impudicitiam, vbi minus de-  
 ,, cebat grassari? Intemperantiam & rapinas Principum an militum an vtrorumq;. Dicam au-  
 ,, dacter fortasse, sed vt arbitror vere, sicis oculis quis aspiciat Italiæ campos humano ma-  
 ,, dentes sanguine magis quam de cælo imbribus, vndantes per vrbes, & oppida gladios, in-  
 ,, nocentiam oppressam? Hæc aliaq; multa mala vestram opem, Patres expectant, ea sublata  
 ,, spe vnde remedium nostris miseriis petatur? Magnam prouinciã, Pater sancte, suscepisti:  
 ,, multa aggressus es & perfecisti præclare. Sublata latrocinia, aperta itinera, plures ad sacrum  
 ,, imperium vrbes restitutæ, quam à quoquam alio ab omni memoria Pontificum. Magna  
 ,, hæc sunt atq; præclara, quis neget? quis non videat? Omnium tamen maximam à tua pru-  
 ,, dentia cuncti præstolamur. opem Principibus Christianis pacatis in communem hostem  
 ,, omnium opes viresq; conuerte. Id vt facilius cõtingat, positis absonis armis ea arripiamus:  
 ,, quæ nostræ militiæ sunt cõsentanea. Iis vitia omne genus scelera multa quæuis & fæda, sunt im-  
 ,, pugnanda. Quando n. vita solutior? quãdo ambitio magis effrenis? Quãdo maior de diuinis  
 ,, rebus loquendi sentiendiq; vt cuiq; placet, licentia? laniena fæuior an vlllo tempore accidit,  
 ,, quæ quæ Brixie prius, deinde ad Rhauennam extitit? cruoris riuis nondum exiccatis? Quæ o-  
 ,, mnia quid aliud quam voces cælestes sunt denunciante quantopere ad hæc suprema re-  
 ,, media sacramq; ancoram recurrere esset necesse. fructus vt cumulatior existat, modestiæ  
 ,, studio, clamores amoueantur & iurgia. Sed cum eo tamen si loquendi decernendiq; li-  
 ,, bertas sit omnibus vt maxime quidam dolorem facere videatur. Magna Deo à vobis Patres  
 ,, debetur gratia, quos lingua, moribus & genere discrepantes in hunc locum perduxit; ma-  
 ,, gna laus vobis ab omnibus bonis, qui tantos labores sumpstis præ studio iuuandi ecclesiã.  
 ,, Magna sapientia in his augustissimis sedib. versatur, auctoritas par. Aderit Christus suo nu-  
 ,, mine, cuius agitur causa, ciuesq; cælestes omnes; vos imprimis Petre & Paule clara inter  
 ,, cælestes lumina, ecclesiæ sanctæ atq; huius vrbis tutelares, clamores nostri & singultus ad  
 ,, misericordiam flectant. Ecclesiam vestram iuuate, vestro, inquam, sudore confitam cultamq;  
 ,, vineam, diuinam Christi & vestro sanguine irriguam hæreditatem & quã à tyrannorum  
 ,, fæuitia liberaftis, ne eorum manibus extirpetur & pereat, qui se filios eius & familiares

profidentur, benigne facite. Cunctos hos Patres & sanctos Præsules confirmate cęlesti ope, vt mentis oculis in Deum solum coniectis, ac nihil pręterea captantes, q̄ nostra vulnera postulant & tantę miserię exigunt, ea adhibere remedia ne metuant.

*Bellum Vasconum inchoatur.* C A P. X I.

**T**Ranquillę tunc res in Hispania quidem erant fruticinis Regibus partim affinitate de-  
 uinctis, partim icto fędere in amicitiam & societatem ascitis. Italię Principib. & mili-  
 tib. magis vires deętant bello fessis & fractis, q̄ voluntas repetendi arma: cum repente in  
 vtraq; gente bellum exarsit atrox & graue euentu vtrobiq; Gallis exitiali. Id qua ratione  
 contigerit explicamus. Cęsarem inter & Venetos pactę inducię ad Sedunensis diligen-  
 10 tiam adiunctę, pręterea pręlii ad Rhauennam fama Heluetiis iniecere voluntatem in I-  
 talem transeundi Pontificię causę patrocinię suscepto. Quod alios terruisset gentis fero-  
 cis animos ad festinandum incitauit; atq; ita vt ad quartum decimum kal. Iunii ad Valca-  
 monicam essent agri Brixienfis oppidum ad sedecim hominũ millia cum tormentis cam-  
 pestribus decem & octo, pręter alia sex millia milites per Mediolanenses fines Nouariam  
 versus cõtendętes, aliaq; duo millia Bergomũ: incredibilis multitudo p̄ angustę regionis  
 modo. Pręerat his copiis Altosaxus militari laude pręstans, illique adiunctus Sedunensis  
 Cardinalis. Galli siue studio Aquitaniam tuendi ab Anglorum iniuriã, sui Regis iussu, vt  
 excusant scriptores Gallici, seu metu ne Heluetiis; Italis, Hispanis in Italia in eorum per-  
 20 niciem consternatis tantisq; apparatibus pares essent, deserta Italia in patriam frequentes  
 rediere. Restitit Palicius in Insuibribus cum modicis copiis, e quibus tamen indies milites  
 dilapsi signa infrequentia reliquere. Veronã supra viginti Heluetiorum millia peruenere  
 ad sextum kal. Iunii. Vrbs ea cum arce Gallis deserentib. sine sanguine venit in hostiũ po-  
 statem. Eo Veneti vt Paulus Capellus eius vrbs copias ad Heluetios adiungeret, senatus-  
 consulto decreuerę. Ea erant septingenti cataphracti, velites octingenti, pedites quatuor  
 millia. Heluetii recentibus auxiliis aucti & Verona capta læti Valesium progrediuntur,  
 quo se Verona deserta Galli receperant. Idę successus fuit, ne tentata quidę defensione lo-  
 cum deseruere; ne prohibitis quidę transitu hostibus q̄ erat promptum Mincio flumine  
 interiecto, p̄peditis ripis difficili vado. Iisdem vestigiis victores subsecuti, cedentibus nihil  
 30 vt tutum esset, effecerunt Cremonã vsq;. Vi quadam abdita Galli in pauore & fugam age-  
 bantur. Et Cęsarıs industria Germani, qui in Gallico exercitu supererant, cõmeatu peuito  
 discesserunt, tanta ex eo Palicii consternatione vt non prius constiterit, quã Astam ventũ  
 esset Mediolanensis principatus ad fines extremos sitam, neq; procul Alpibus, Italiam de-  
 ferędi certa voluntate, q̄ magnã desperationis significationem continebat. Sic vrbes alię  
 Gallico imperio repudiato deterfis Gallię insignib. defecere passim. Cremona Sedunensi  
 imperii nomine se subdidit. Mediolanum ac ferme alię ipsi contributę vrbes ad victores  
 accessere. Cuncta elemęta in Gallos conspirasse visa sunt, impios in Pontificiam maiestatem  
 ausus eorum qui fecerant, pernicię vindicare. Vt belli aduersus Gallos iustior causa esset,  
 ardentius gentis studium, lætior successus, victoria facilior; Gursensis & Petrus Vrrea ea  
 castra secuti Maximilianũ Sfortiam in Italiam euocandum iudicabāt. Factiosi Cardinales  
 40 in tam repentina rerum conuersione Mediolano diffisi in Galliam discessere. Vrbes Pla-  
 centia & Parma in eo rerum motu vltro se Pontifici subdiderũt. Arripuit ille occasionem  
 libenter imperii proferendi, ad suum ius pertinere contendens Rhauennę quondam ex-  
 archatui contributas, quo tempore Gręci Augusti Italię partem obtinuerę. Obsoleta ni-  
 mirum iura ex vetustis deprompta tabulis mouebantur, nunquam nisi armis valida. In  
 Hispania Ferdinandus belli causas aduersus Vasconem quęrere videbatur, satis sibi dari  
 damna ea parte illati, si qua vis ex Gallia ingrueret, postulans. Henricum filium quia dare  
 fidei obsidem Vasco recusauit: certe sex arces traderet pignoris loco facturum quę oport-  
 50 teret. Eas obtinerent Vascones quidem, Ferdinandi tamen nominatione sacramentoq;.  
 Durum id quoque videbatur. Latro Mauleonius Burgos a Vascone legatur nulla tamen  
 idonea paciscendi facultate. A Vasconum regno tutos Hispanię fines fore pollicittis, vt  
 tantundem de aliis principatibus, quos ii Reges in Gallia obtinebant, & Hispanię limites  
 attingunt, in fędere cauęretur; non satis adducebatur. Responsum ergo Vasconi post mul-  
 tas disceptationes, e duobus alterum eligeret. A neutra parte stare, sed mediũ se gereret  
 inter disceptantes. certe si virib. Gallicis Regem Gallum iuuaret Vasconum opes in auxi-  
 lium Hispani & socialis exercitus conferret. Vasconi Ferdinandi felicitas erat suspecta, ne  
 Namursio sublato, Germanię extincti sororis, iure repetito, regnum illud quasi dotale oc-  
 cuparet. Aduersus eas suspiciones Orbalis Galli apud Vasconem orator, si id cõtingeret,  
 Gallię vires vniuersas venturas auxilio polliceri, vt pleriq;, qui in aulis Principũ viuunt,  
 vaniloquus maria terras inani sonitu verborum complens. Quin Henrico Vasconis filio

adiicit nupturam minorem Galli filiam. Inanes pollicitationes rebus vacuæ, credulum Principem egere præcipitem, ut Hispani ea propinquitate contempta, contra diuinas leges & humanas se Gallo socium adiungeret. Inter hæc Orseti Marchio ad finem Cantabrię appulit ad sextum Idus Iunii cum classe, in qua quinque millia sagittarios vehebat, exiguum numerum, delectam tamen Angliæ pubem. Ad Sebastiani fanum Fredericus Portugalia Seguntinus Episcopus expectabat, classi & militib. necessaria præbiturus Regis iussu. Delectu in Castella habito idoneus exercitus cõflabatur Albano ductore summo. Ferdinando Regi fore commodum videbatur, Vascones primum impetere: nullo a tergo hoste in Aquitaniam demum inuadere: si ita esset factum, maiorem comæatus fore facultatem, cuncta faciliora. In eam expeditionem intetus gentis Aragoniæ conuentus agitare decernit actionum Præsides Germana Regina, milites scribere ex eâ gente plerosq; capite censos in subsidium eius belli, quod per se gesturum dictabat. Decreta in eo conuentu auxilia in biennium & octo menses, equites grauis armaturæ ducenti, leuis trecenti. Prouisa tẽpestate Vasco Petrum Nauarrum Marefcalum ad Ferdinandũ de pace legauit. Arces quasdam fidei obsides daturum, demptis tamen Stellæ & sancti Ioannis arcibus, quas expetierat imprimis, & erant præcipuæ: vitio mortalitatis ad ea recurrebatur consilia quę ante repudiarat, vtrũq; intempestiue. Ut Pompelo primũ peteretur visum est. capite dempto reliqua prona fore. Idem ut Anglus faceret quamuis de ea re appellatus adduci non potuit. Sine sui Regis mādatis bellũ Vasconi inferre nefas putare. Ac vero Ferdinandum conquerebatur ad inuadendam Aquitaniam copias paratas non habere. Occasionem præteruolasse, certe in aditu prouinciæ Baionam occupandi tunc præsidio nudatam urbẽ: mora effecisse ut milite & rebus omnib. instructa, difficilior impugnatio foret. Sic ex suo commodo Hispanum bella gerere: ad sociorum præfidiũ præter nomen nihil opis afferre solitum: ac ludibrio potius præ fastu habere ceteros, vilia arbitrari capita.

*Vasconum regnum occupatur.* CAP. XII.

**A**D Victoriã Albanus sui Regis mādata morabatur, in quã partẽ cũ copiis ituruseffet, p̄ vicina Cãtabriæ & Riuogię oppida eo tẽpore distributis; Eæ erāt mille cataphracti mille & quingenti velites, peditũ sex millia, eorum tribuni Rengifus & Villalba militari laude & longo militiẽ vsũ p̄stantes, viginti tormenta bellica Præfecto Diegho Vera. Ut Põpelonem duceret Vasconum regni caput Albano duci mandata venere. Ille nihil cunctatus collecto exercitu, motisq; continuo castris ad Vasconum fines peruenit die Mercurii ad tertium decimum kal. Augusti. In primo agmine Ludouicus Beamontius longo exilio irritatus, atq; doloris vlciscendi cupidus curabat. Periculo cognito Vasco Regina vxore cũ filiis in Bearnẽ amandatis, ipse Pompelone restitit eam urbẽ tueri constituens. Imbecillæ vires erant, neq; hostibus potentia pariter expeditum nullo repugnãte: opinione faciliora omnia exitere. Ita Vascone Lumbierrem oppidum profecto, accedẽti ad mœnia Albano ciues supplicum velamenta explicarunt, supinas manus tendentes, verteret in noxios irã, se deditib. parceret. Nuncupatis conditionibus vrbs dedita est ad octauum kal. Augusti ipso Iacobi Apostoli memoria sacro die. Cætera eo regno oppida Põpelonis exemplo incitata, metuq; hostium securura videbantur. Vasco in ea suorum consternatione consilii inops tres viros idoneos ad Albanum mittit cum mandatis, facturum se quęcunq; essent imperata. Responsum, vti Ferdinandi voluntas expectaretur, ab ea nõ discederet. Missi de tota re legati acerbas condiciones retulere. Vasconũ regnum traderet vniuersum, in potestate Ferdinandi futurũ dũ bellũ sociale esset & ecclesiæ dissidia cõponerentur: ac deinde quandiu esset visum. Fidei pignus esset Henricus filius in Castella educandus. Erat iniquũ filium & regnum postulare, neq; definire ante quẽ diẽ redditurus esset, ut si in omne tempus retineret, nulla tamen mēdacii religione obstringeretur. Ergo ea seueritate imperandi irritatus Vasco & alioqui de rerũ summa in Hispania diffusus in Galliam trãscendit. Regis discessu, Vasconum oppida de deditio appellata, missis procuratoribus sine mora iussa fecerunt. Stellæ tantum arx & Escuæ vallis incolę illa munitione, hi locorum asperitate confisi in fide veteri persistere. Roncaleses quamuis & ipsi montium iugis & syluis contra irrupentes defensi, accessere ad reliquos cum ea exceptione si Aragoniæ legibus & institutis viuere daretur. Interim ex Gallia missæ copię ad tuendum Vasconẽ Bearnem peruenere. Maior expectatio fama; , quã successus. Monitus tamen periculo Ferdinandus Burgis Luginiũ ad fines Vasconũ abiit, è propinquo sua ope cõsilio iuuaturus. Accessere cũ copiis viri nobilissimi, Emanuel Benauidius, Ludouicus Cueva, Enecus itẽ Velasus equitũ in Castella Magister cupidi operam in eo bello Regi nauandi. Antonius Acunia Zamorę Episcopus superioribus diebus Pompelonẽ iuerat Pontificis verbis obtestatũ, ne Vasco cũ factiosis ac pacem ecclesiæ turbãtib. res suas misceret: si secus esset factũ diras

In caput eius minas & extrema exempla detestari. Parum ea tunc diligentia profectū. Hoc tamen tempore Ferdinandus idoneum hominē ratus, per quē Vasconi pacis condiciones recēs impositas denunciaret, eū in Bearnem destinauit. Accedenti Saluaterrā iniectæ sunt manus: ac quo minor excusatio esset, iussu eius Regis Longauillæ Duci est traditus Aquitanix præfecto, Gallici item exercitus, qui opitulatum venerat, ductori. Neq; personæ dignitas valuit, neq; legati nomen etiam inter barbaros sanctum. Etsi alia species captiuitatis prætenfa est: ac inter alias accusationes obiectum, nuper prælio ad Rhauennam cōmisso interfuisse, dignum videlicet vinculis maloq; crimen. Paulo post tamen idem siue succedente pœnitentia, seu quia commodum erat, mittitur ad Ferdinandum internuncius de pace, tribus fratris filiis pro se relictis obsidibus, rediturum quotiescunq; iussus esset. Miraculo fuit ea facilitate celeritateq; vniuersum regnum Vasconum Hispano cessisse. Ex eo Galli coitionem & dolum profecto subesse suspicari. Sponte Vasconis excitari bellū, cunctaq; quæ acciderant nō gentis ignauia aut hostium virtute sed cōposita fraude euenire. Suspicionem late fusam vt detergeret Vasco ad Gallum contendit rei gestę ordinem explicatum. Præterea Gallis Saluaterram dedit fidei pignus: & vt id oppidū maiori præsidio munitum ab iniuria tuerentur. Gallo Regi destinatum erat vires vniuersas in Aquitaniam mittere Delfino etiam copiarum Duce adiunctis militibus & ducibus præcipuis, qui ex Italia redierāt, pleriq; in Regis familiā adscripti & claris orti natalibus. Cōtra Ferdinandus imperio recens capto stabiliendo dabat operam diligentem: ac nominatim à Pompelonis ciuibus sacramentū exegit, non iam quasi sequester, sed Regis nomine. Facto species prærenta Ioannem Regem pactis conditionibus non stetisse. Sic regnum victori cedere belli iure, quo quę optimo. Cum Petro Nauarra Marefcalo, & cum sancti Stephani Comite, vt ad Ferdinandi partes accederent posita contumacia per internuncios agebatur. Comes, quem paulo post Falcis Marchionem dixere, facile adductus est vt tempori seruiret. Marefcalus causæ sui Regis acerrimus propugnator, re communicata cū propinquis, facturū negauit, quod sine dedecore & fidei datæ fugillatione non posset. Tudela vrbs, etsi inter primas obsequium victori detulerat, sacramento fidem vt obstringeret adduci non poterat. Aragoniis legibus viuere cupientes ii ciues, hoc est vitę conditione libertati proxima, non ante destiterunt, q̄ Cæsaraugustanus Præsul collectis copiis ad ea mænia accessit vni admouere paratus & metum. Obseratas cōsilio mentes timor aperuit, effecitq; vt qua cæteri conditione imperata facerent: neq; in cōmuni causa sibi priuatim consulere. Aditū in Galliam patefacere Castellæ copiis erat destinatum. Hoc consilio ab Albano duce missus Villalba tribunus cum sua legione peditum ad tria millia & trecentis cataphractis sancti Ioannis municipium ad radices Pyrenæi montis Galliam prospectans occupauit. Eodem paulo post cum robore exercitus accessit Albanus. superuenere Fernandus Vegha Promagister Castellæ, & Dieghus Lupus Aiala, quibus Ferdinandus ob perspectam prudentiam & agendi dexteritatem multum credebat. Albani in ea loca discessus dupliciter commodus extitit, Gallis Hispaniæ aditu prohibitis, ne res in Vasconibus turbarent, tum ad Aquitaniā inuadendam itinere patefacto. Orseti Marchio sollicitatus denuo, vt suis copiis ad Hispanias adiunctis in Aquitaniæ saltem fines irrumperet, redditis q̄uis multis & magnis causis ob quas necesse fuit prius bello Vasconum finem imponere, præcise se facturū negauit, incommodum tēpus excusans autumnō præcipiti, præterea ardorem cū quo milites venerant extinctum, numerum imminutum, morbis inter milites ex cæli insolentia vulgatis. Hæc palam ex arcano atq; inter suos Ferdinādo infensus, ludibrio gentē habuisse, atq; dum Vascones imperio adiiceret, de Aquitania nihil curare, omnibus sermonibus accusabat. Ex actionibus de mente coniectari facile esse. Fine, in Angliam maturare constituit quippe propinqua iā hyeme, nulloq; moræ in Hispania pretio, p̄ter sumptus inanes & militū interitu numerū imminutū. Sic ille cōquerebatur, hasq; discessus causas extitisse iactauit. non defuerunt tamen qui suspicarentur, Nebriffensis in proprio cōmentario, quē confecit de hoc bello affirmatione probabile, auro eum Gallico emptū excusationes inanes ineptasq; quasi velamen prætendisse cupiditati.

## Res Italia. CAPVT XIII.

Magna rerum conuersio in Italia post pugnam ad Rhauennam factā extitit: Galli q; victores non secus ac si victi fuissent, locis omnibus vexati. Sic repente aduersis prospera commutantur. Vrbinas cum copiis Pontificiis in fines Bononienses inuectus depopulatus agros ciues suarū rerum cura incēso in oculis agro inter primos Italię feraci, pulsus Bentiuolis compulsi mutati imperii argumento Pontificia vexilla pro muro & per plateas explicare, demptis Gallicis. Sic vrbs nobilissima ad vetus imperiū rediit. Cardinalis Strigoni Nannentensisq; in Gallia erant: accessit recēs Finaxii Cardinalis. Ab his vt Gallus cū

Pontifice conciliaretur superioribus offensionibus deterfis dabatur opera nonnulla initio proficiendi spe, irrito deinde successu. Seueritas Pontificia salutare abruptit conatus. Diplomate euulgato Regem Gallum furiali carmine deuouet, & iure Pontificio maledicit: gentē vniuersam sacris interdicir. Subditorū sæpe malo Principes peccāt. Elatus studio sacramenti religione quo fidē Gallo obstrinxerant, Nortmannos, & Aquitanos soluit. Lugduno, quoniam factiosos Cardinales intra mēnia acceperat, nundinarum ius Geneuam, vbi olim agi consueuerant, transfert urbem ad lacum Lemantum sitā, nobilem olim, nunc heresum colluie fœdam. Contra ab Hieronymo Viquio, vt venia Ferrariensi esset & pax, diligenter est curatum. Fabricii Columnæ gratia & auctoritas ad emolliendum Pontificis animū multum iuuuit. Constitutum vt captiuus ipse libertate data, Romā supplex veniret. Sic factum. Fabricio ipso & Alarconio prosequentibus Romā abiit. In toga bōbycina ete-<sup>10</sup> romalla detecto capite, in Patrum senatum ingressum humillimo corporis habitu contumeliosis quibus verbis Pontifex acceptum, quod præceps iracundia dedit & ferox ingenium, soluit quidem anathemate; Rhegium tamen urbem, contra quod conuenerat, non restituit. Ac potius in vincula rapere statuit (cogitasse satis constat) maloque Ferrariam extorquere voluisse. Neque destitisset, vt erat ardenti obfirmatoque animo, nisi importunos ille conatus celeri discessu occupasset. Sic ars arte victa est. Cardonius breui reparato exercitu Neapoli versus Aprutium discessit. Recensitis eo copiis, peditum septem millia sunt inuenta duobus adiunctis millibus, qui recens ex Hispania venerant. Horum cura Padulæ Marchioni desti-<sup>20</sup> nata est, & quoniam ad Aquilam in rixa quadam sibi ipse manū vulnerauit, eius locum tenuit Solisius magno vir animo. Cataphracti mille ducēti erant, leuis armaturæ equites quingenti & quinquaginta. Præter hunc numerum Prosper Columna cum quadringentis equitibus propediem venturus in castra expectabatur. Huic prima acies est data. In medio agmine Golifani Comes Traiecti Dux & Antonius Leiuia curabant. Postremam aciem Alfonso Caruualius Xodaris regulus ducebat, illique adiuncti nobiles alii duces. In centurionum numero Ioannes Urbinas fuit bellis deinde Italicis magnam consecutus laudem. Has Cardonius copias sub signis habuit, cum à Pontifice subeunte belli suscepti pœnitentia venire madata, ne vteritis progrediretur, ac se potius finibus cōtineret. Insu-<sup>30</sup> brum bello confecto, quid nouo exercitu prouincias fatigaret, vexaret agros & oppida? Hœnesta scilicet species digna Pontificis cura. Altior tamē cogitatio pœtori infederat, transalpinos omnes ex vniuersa Italia pellendi. Gallos quidē Hispanica ope & Heluetiorū viribus deturbarat: nunc Italiæ Principum copiis & armis tantundem de Hispanis fore confidebat. Cardonius tamen ea denuntiatione nihil territus cum omnibus copiis Aprutium transgressus, Firmum tenuit Piceni urbem ad superū mare. Inde p̄ter Forliuū & Fauentiā continuato itinere in agrū Bononiensem irruit. Ad sancti Petri oppidum in eo tractu positis castris legati ab Heluetiis venerunt contestatum, quod iusserat Pontifex, ne procederet amplius. Si negligeret, obuiam ituros. Gallos ex Insu-<sup>40</sup> bris pulsos, arcibus, quod in fide perstabāt, subiugandis idoneas ipsis vires suppetere. Quid se suosque frustra importuno labore vexaret? Cardonius se sociali bello summum delectum ducem dicere; nisi Principum confœderatorum iussu cessare nō posse. Ita motis castris Bononiam primum, deinde Mu-<sup>40</sup> tinā abiit, cum Gursensi coram belli gerendi consilia Mantuæ, vt conuenerat inter eos, communicate constitutus. Accessere Cariatii Comes & Petrus Vrrea dimidiato circiter Augusto mense. Collatis sententiis, quid opus facto esset decernere promptum non erat. Ad priores difficultates accessere Veneti cum cæteris Cardonium aditu Insu-<sup>50</sup> brum palam arcētes. Erat præterea illis destinatum Brixiam Cenomanorum impugnare Gallicarum tum partium urbem, Venetæ ditioni detractā Obenigno custode cum tribus amplius militum millibus. Cæsaris & Ferdinandi legatis alia mens erat; eam urbem sociali exercitu occupari, sociorumque adeo nomine obtineri. Vicit tamen sententia non esse eā possessionē tantæ, vt Venetos tunc quidē propterea irritarent. Ac potius Cardoniū Mediceorū patrocinio suscepto Florentiā ducere visum est; exulesque adeo in patriā, vnde fuerant <sup>50</sup> iniuria pulsī, armis Hispaniæ restituere. Soluta Mātuano cōuentu, eoque approbato cōsilio Cardonius Mutinam rediit, vbi reliquerat copias. Iulianus Mediceus iter prosequēbatur. Ioānes Cardinalis Iuliani frater iam è Gallica captiuitate forte magis quam consilio liber, Bononiæ cum tormentis operiebatur. Maius momentum in Prospero Columna, qui tandem se suosque reliquis copiis adiunxit. Moræ causa Pontifex extitit transitu per Picenum prohibito, reque necessaria longiori itinere facto. Sub idē tempus vt Maximilianus Sfortia, qui iam se in Germania Mediolanensem Ducem dixerat proxima paterni principatus spe, in Italiam veniret decretum erat, præsentia Insu-<sup>50</sup> bres pacatum, si qui præterea Gallica maiestate tenerentur. Pontifici Placentiam & Parmam præsidiis in ea ditione



occuparant, vti paulo ante dictum est, quasi antiquis temporib. iuris Pōtificii extitissent. Romæ Paschalis Burgenfis Episcopus decessit ex Dominicano ordine solitus quotannis Romana templa religionis ergo, plena maiestatis & numinis venerabundus inuifere. Et tunc Lateranensis conuentus pari pietate inter paucos conspicuus; si vera memorantur, clarus miraculis ante & post obitam mortem. Decessere præterea Archiepiscopi Auennionensis & Rhegiensis viri & ipsi præstantes. Vulgati inter patres morbi ad alias causas adiuncti effecerunt, vt post primam & secundā actiones cōuentu ampliato, reliquæ actiones in proximi Decembris initium consensu reiicerentur. Pontifici erat destinatum Patrum ope bellum in Turcas decernere, quasi classico excitis ad arma toto orbe Principibus. Baiazetis filiorum inter ipsos dissidia conatui opportuna videbantur, ea contentione vt Selimus minor Baiazetis filius ope prætorianorū militum imperio patri detracto, paulo post maiores fratres Achomatē & Coreutum obrūcarit. Oblatam cælo occasionem ferocem impugnandi, arripere Pontifex cupiebat oppido, cupiebant omnes boni. Non deerant tamen sermones suspicantium ea arte Hispanos ex Italia deducere destinasse. nihil syncere geri prauo homines ingenio credunt. Sinistro rumori fides adiuncta passim est, quoniam Pontifici haud dubium votorum ea summa erat.

*Magni Gonsalui profectio in Italiam impedita.* CAP. XIII.

Cardonius Neapolitanus Prorex, vti erat decretum, versus Florentiam cum copiis omnibus mouit. Fama erat eam urbem in libertatem asserere destinasse quorundā libidine & impotenti dominatu oppressam, atq; efficere vt pace cum Pontifice conciliata factiosis ne amplius faueret. Nemine repugnante Pratum appulit ab ea vrbe decē modo passuum millibus distitum oppidum. Inerant milites magno numero, & conuecti antea com meatus. Ita de deditione appellati facere recusarunt. Vim admouere & metum placuit. Dispositis tormentis atq; displosis quassata mœnia late stragē fecere. Aditu patefacto vi in oppidum per ruinas irrumpitur. In captos & miseros incolas militaris sœuitiæ auaritiæ & libidinis multa exempla extiterūt; cum omnia profana spoliaissent, ne à sacris quidem abstinerunt, constupratæ virgines, certa si quis resisteret cædes. Terruit ea res Florētinos vehementer; atq; ita vt ad fœdus faciendū sine mora animos flexerint, alioqui peruicaci ingenio & obstinata aduersus mala gens. Id quo liberius contingeret Vexilliferi munus, superemę potestatis bello paceq; nomen, Petro Soderino, quippe Gallis ad insaniam addicto detraxere. Mox delecti viri primarii, qui de conditionibus cum Hispano disceptarent. Ii à Cardonio benigne accepti atq; habiti pepigere fœdus, cuius summa capita erant. Vt Medicei & Pacii exules in patriam & bona paterna, vnde euersi erant, inducto priori decreto restituerentur. Florentini publice ad fœdus Principum accederent pro ecclesiæ dignitate antea sancitum. Gallicum patrocinium mutarent Hispanico, Ferdinandi Regis in clientelam accepti. Firmato illi in eas leges fœdere beneuolentię maioris argumento suarum copiarum summum ductorem dixere Padulæ Marchionem. Pecunia etiam, cuius penuria erat, in stipendium militare Cardonium iuuerunt. Tantundem Senenses, Lucēsesque fecere in Ferdinandi Regis fidem & tutelam & ipsi accepti. Per idem tempus Ianus Maria Campofregosus factionis opibus Genuā ingressus eius vrbis in gratiam Pontificis dictus est dux. Sic contributa Genuæ oppida passim ab imperio Gallico defecere, auide plerisq; quasi ex diuturna siti arripientibus libertatem. Id vt esset stabile & ex sententia cōtigeret, prouisum vt Berengarius Olmius cum suis triremibus ad Liguriæ oram accederet. Ex eo cuncta Hispano in Italia prospere fluere, nihil vt amplius desideraret, etiam si ex suo arbitratu fingere successus daretur. Magni Gonsalui ex eo profectio in Italiam dilata primum, deinde penitus disturbata est. Quod qua ratione cōtigerit, explicemus. Postq̄ ad Rhauennam Hispani male pugnarunt, omniū oculi in Gonsaluū sunt coniecti certa spe, eius virtute & prudentia tantis malis fore ignominiaq; leuamen, quippe ea tempestate spes & opes cunctorum in illo sitæ videbantur. Salus in vltimas angustias deducta nullum ambitioni nullum inuidiæ locum reliquerat. A plerisq; Cardonii imperitia Nauarri temeritate accusabatur, in eam cladem fuisse præcipitatum. Gonsaluū hominē de cælo lapsum maiorem conditione mortali multo vsu & magnitudine animi cunctis haud dubiū præstare bellica scientia, industria, felicitate. Ferdinandus ipse Rex, licet de tanti viri voluntate parū fidebat, multis a se iniuriis exacerbati, & conceptum potius odium expromere cupiebat, re tamen necessaria eum in Italiam mittere decreuit rebus profligatis salutare præsidium. Burgos, vbi Rex erat, euocato profectio denunciatur. Otii ille inimicus, quo diu marcescere videbatur, iuuadi rēp. libēter oblatā cælo occasionē arripuit. Et erat gloriosum vni se rēp. tradere tēporib. coactā & malis. In profectiōe & apparatus intētus Malacā abiit. Mirabile dictū q̄ multi Italica expeditione euulgata ex omnib. partib. confluxerint, vt in eā militiā

nomina darēt, cupidissimi eo duce induendi arma, pleriq; sua virtute nobiles & claro ex genere orti. Regi tantus concursus molestus extitit, & Gōsalui inuidia & quoniā de bello Vasconū cogitabat. Et fere Regib. boni q̄ mali suspectiores sunt, semperq; alienæ virtutis plausus formidinē facit, præsertim si modū excessit. Ita definito numero mādat, quingentos grauis armaturæ equites duceret, pedites duo millia non amplius. Nihilo tamē magis ardore remisso in eum numerum viri nobilissimi legi ambiunt: multi ex prætoria cohorte Regis aut alioqui eius in Hispania stipendia faciētes missione impetrata, non deserta militia sed mutata in Italiam abire festinant, eius ducis auspicia sequi cupiētes, qui suæ fortunę esse videretur artifex, opes, victoriam, felicitatem secum ferre in quamcunq; se dedisset partē. E Castella atq; Bætica ingens numerus in eam expeditionē volūtarii, suaq; impensa militaturi ire parabāt, satis magnum operæ pretiū fore rati si tali magistro prima militiē tyrocinia posuissent. Rex quo maior ardor erat, eo cūctari amplius, moræ causas alias ex aliis nexas excusare, spe Cardonium præclaro aliquo successu superioris ignominia memoriā deleturum. Quem ea beneuolentia complecti visus est, vt opinionem vulgo fortassis temere sed susceptā tamē confirmaret, ex eo genitum. Ergo rebus in Italia prosperum cursum tenentibus maiori indies incremento, Ferdinandus Rex posita tandem persona Gonsaluo denuntiavit, profectionem vsq; ad hyemis exitum sustentaret: interim extraordinarios sumptus excusaret: daret porro operam, vt aulici & milites regiis stipendiis conducti ad bellum Vasconum proficiscerentur. Hæc mandata initio Septembris Cordubam ad Gonsaluū delata, pro eo ac par erat molesta extiterunt tam ipsi quam militibus vniuersis: prorsus vt è cataphractorum ducibus nullus ad bellum Vasconum iuerit præter Guterrium Quixadam. Gonsaluus litteris expostulationum plenis tum ad Regem tum ad amicos datis aulę fraudes conquestus est; cuius insidias vitare quis possit? accusare fortunā fluxam inconstantemq; , inuidiam alienam, quæ nihil aliud scit quam obrectare melioribus, corrumpere honores, & præmia eorum. Superiora merita qualia & quanta, ea scilicet mercede pensari. Vincitur interdum generosus spiritus, & iracundiæ viribus succūbit. In dolore tamen maximo duo præcipue extitisse molesta. Nominis existimationi labē iniuri prona hominum in deterius suspicione, profecto nisi magna de causa grauem ob aliquam offensam superius decretum haudquaquam iri mutatum. Populi rumores tolerare durū, necessariū tamen. Deinde, iis qui vt se prosequerentur, magnos sumptus tolerarant, nullam compēsationem abs Rege esse, nullam gratiam: id vero grauissimum videri atq; intolerandum, sua causa insignem iacturam passos. Duriolem ipsa morte vitæ conditionem deinde exilio mutare constituens è familia misit, qui à Rege facultatem peteret Terranoam suæ ditionis oppidum in extrema Italia discedendi, amœni secessus, & ab arbitris remoti. id summi beneficii loco futurum. Ad hæc rex longo vsu edoctus fallaci vultu verbisq; blandis sedare iras, respondit: eius operam minime fore necessariam Gallis ex Italia pulsis: neq; opportunum nouas ex Hispania copias mittere, quo tempore de Hispanis vniuersa Italia pellendis consilia Pontifex serio agitaret. Profectioni quam optabat duriolem se ostendit, ac consultius iudicabat tantis defuncto honorib. ea ætate Loxæ domi suæ conuiuere, magnorum virorum exemplo vacatione impetrata. Leges maiorem annis otio reddere, quid negotia non necessaria captaret? gloriæ meritæ & partæ quid vltra periculum faceret? Præclara verba, si cætera responderēt. Sed alienati animi atq; offensi multa deinde argumenta extitere. Præter suspiciones superiores, reus in secreto ab aulicis agebatur nulla facultate calumnias detergendi. Inuidia eo nocentior, quo magis ex occulto grassatur. Ita in Garfiæ Lassi defuncti locum Legionis Promagister fieri cum cuperet atq; peteret, repulsam tulit Ferdinando Toletō prælato. Par euētus alterius petitionis fuit, qua Hornachos diui Jacobi militiæ oppidum veſtigalq; honorarium ex eo commendari per idē tempus postulauit. grauem ignominiam clarum auersi animi signum. Offensionis susceptæ præter alia duplicem causam inuenio. Altera propria. Enimuero Ferdinando regi Gonsalui voluntas semper suspecta fuit: & constat sæpe conquestū apud amicos, consilia cum aliena agitasse. dissimulatum tamen superiorū meritōrum memoria, haud dubiū ingenti numero moleq;. Cōmunis fere magnis Principibus altera: ac potius cūctis hominibus, beneficia eo vsq; grata ducentibus, dum videntur exolui posse, vbi modum excessere quos quasi creditores aspicimus, iis pro gratia odium redditur. Et est procliuius iniurię q̄ beneficio vicē repēdere, quæ vltio placet, gratia plerūq; est oneri. Vtiq; si meritis paria p̄mia reddi non poterant, æquū profecto videbatur tali viro nihil denegari q̄ dono dignū esset. Verū præterita accusare quis iuuat? Quis regū offensas præceptis salutarib. frēnabit? Suspiciones amouebit aulicorū præsertim calūmniis & fraudib. confirmatas, meliores criminando allatrandoq; eorum magnitudini, q̄ facillimū factū est, ex aliena iniuria & malo splendere volentium.

**A**D sancti Iohannis oppidum Albanus morabatur neq; magno neq; vilo moræ pretio. Gallis tamen Hispaniæ aditu eâ parte prohibitis variæ militares manus prædatum in vicinos agros progressæ pecora abigere, agrestium cædem facere, villas vicosq; incedere nulla præterea re memorabili. Bellica tormenta deerant. Ea Dieghus Vera magno labore nisq; propter locorum asperitatē superatis montib. trochæis ergastisq; sepe in summâ rupes sublata pariq; industria in subiectas valles demissa tandē id in oppidū intulit. Borbonius, Longauiilla, Mompenseriis, Palicius atq; Lautrechius ad Saluaterram & finitima Bearne loca statiuâ habebât, atq; in iis octingētos cataphractos, pedites octo millia, Hispanis copiis obiecti haud magno distiti interuallo. Præterea Delfinus ad Garriciū validâ continebat manum, paratus quocunq; res vocassent, in eam partē impetū dare. Vasconis tantum aduentum cum suis peculiarib. copiis sustentabant, vt in Hispaniâ irrumperent maiorum regnum recuperandi spe. Ea vulgata fama Sanazariæ & Roncalensis vallium incolæ veteris imperii amore nouum excutere tentarunt correptis armis. Marefcalus quoq; Vasconum Petrus Nauarra, qui eatenus medium se gesserat, palam Gallicas partes amplexus est, Tudela vrbe raptim ad Gallos profectus sub aduentum Ferdinandi Regis eo delati ad excipiendam Germanam coniugē solutis Aragoniis conuentib. reuertentem. Ea res Vasconem excitauit, vt maiori festinatione renascentia suorum studia foueret, fugacia esse occasionum momenta non ignarus. E Vasconibus in Galliam atq; Bearnem gemina vallis pertinet in fauces desinens, quib. necessario trāsitus & iter est; altera Roncalis dicitur vulgo, vallis altera Roncarum. Roncali sancti Iohannis oppidum subiectum est ad montis radices qua in Galliam prospectat. In eo Albanus tendebat cū copiis. Vasco in Vascones parte altera armatus Palicio adiūcto irrupit, mēse Octobri dimidiato. Hispanis minores vires erant, q̄ vt in vnus pugnae sorte de summa rerum auderent periclitari. Variæ tantum manus iniquis ad transitum locis, quacunq; montes in angustias coeunt, se ostentare, distinare hostem. Fernandus Valdesius in eo numero Burgium ingressus, id oppidum tueri tentauit. Leui imbecillaq; munitione inuitati hostes impetu facto, quamuis quadringentis è suo numero amissis intra munimēta irrupere. Ex obsessis cecidere nō pauci, atq; inter alios dux ipse Valdesius egregie q̄uis pugnans. Indignatione in ea pericula irruisse fama fuit ex regis verbis concepta, redeunti ex prælio ad Rhauennâ facto dicentis, Boni vbi manēt? Altius id verbū hæsit quasi vibratū telū, q̄ vt euelli nisi morte posset. Albanus Pōpelonis piculo p̄motus relicto in sancti Iohannis oppido Diegho Vera, vnaq; octingentis Legionariis ducentisq; cataphractis, & viginti bellicis tormētis, cū reliquis copiis superare montes, & rebus Vasconū opitulari constituit. Transitu redeuntes prohibere facile Vasconi fuit, quod facere omnino debuisset. Excæcauit nimirū diuina vrgens vltio, Principes & gentem peruertere volens. Ac ne continuo quidē, vt opus erat, Pompelonem copias admouit præsidio infirmo fluxa regentium, vt in nouo imperio, auctoritate, opportunam iniuriæ. Vtroq; errore factum, vt omnia in contrarium verterentur, accedentib. subinde ad præsidium nouis cohortibus, Albanoq; adeo cum exercitus robore in vrbe inuecto. Sic cū spe defensionis ciuib. animus etiâ accessit. Cēsaraugustanus quoq; Præsul sub idē tempus Exeâ duxit ad sex militū millia equites peditesq;, opportunū in ea difficultate rebus præsidium. Inter cætera oppida, q̄ correptis armis à nouo imperio defecere, arcis munitione cōfissa Stella ampla vrbs rebellarat. Franciscus Nauarra eo delatus, ope quorundam ciuium, quibus noua defectio displicuerat, intra mænia admisus, oppidanorum copias militum suorum prædā fecit direpta vrbe. Arx impugnari nisi maiorib. viribus non poterat. Accessit cum copiis aulicorum cohorti Præfectus. metus sæpe officii magister obsessorum mentes aperuit, vt ferocia deposita supplicum velamenta præferrent pacem petentes & veniam, arce dedita. Id exemplum Cabrega, Mongiardinū, & Tafallæ arces cū primis munitæ, sunt secutæ facta item deditio. Vasconi omnia aspera erant, prona hostibus. Nā per Broti quoq; vallē & fauces quas coeuntes Lacetani montes efficiunt, Bigoræ Senescalus cum manu militari in Aragonios fines irrupit. Ager & frugū vacuus præsertim eo tempore anni. Torlam aggressus inter montium iuga sitū oppidum vi admota cepit. Indigenæ eo tractu inter se inuitantes facta manu, atq; iis adiunctis qui ex oppidanis supererant, montani homines frigore & laboribus durati in hostes prædæ & direptioni intentos facto repente impetu, priusquam se colligerent, duobus amplius millib. ex eo numero cæsis, cæteres in fugā cōpulerunt, amissis impedimentis & aliquot minorib. tormentis, q̄ secum detulerant. Vasco sero quāuis octo tamē à Pōpelone millib. ad Vrociū pagum castra promouit. In ciuiū benevolentia p̄cipua spes victoriæ, quos sub eius aduentū aliquid p̄fecto moturos intra vrbe cōfidebat. Cōcepta haud temere fiducia

fefellit. Ducentis ciuib. ab Albano ea vrbe antea pulsus, quos suspectos maxime credidit, cæteri eorum exemplo pœnæ cautiores conquieuerunt. Simul ad Reginæ pontem haud dissitum oppidum nouæ militares manus confluebant Pompelonē tuendi, sed & prælio decernendi, si res ferrent, voluntate. Mille & quingenti pedites Vaccæorum è Capania atq; ex Ultramontanis venere, Bugia nongenti duce Lupo Arriano Barcinonem paulo ante appulsi. Accessere eodem Aragoniæ copiæ. Summa imperii Anagari Duci erat permissa. Alfonsi Peralte sancti Stephani Comitis inter Vascones præcipua rebus omnibus fides studiumq; amplius deuinciendo eius animo Marefcali Vasconum nomen tunc est adiunctum in locum Petri Nauarræ lege maiestatis damnati, nec multo post aucta indulgentia Marchionis Falcis titulus & honos accessit. Hæc agebantur, neq; tamen ob- 10  
 sidione Pompelonem hostes cingebant. Dum noua à Delphino Gallorum auxilia expectantur, tēpus est extractum maiori vrbis cōmodo q̄ hostium. Palicius moleste ferebat nihil ex voto speq; succedere: ac cōtra omnia in contrariū verti. Vt aliquod opere pretium extaret, Vasconis castra eo loco posita, vnde ciues cōmeatus facultate prohiberent. Aliæ interim Gallorum manus eorum qui vltra montes tendebant, in Cantabriæ fines irruerūt. Hispanicas vires in plures partes diducere consiliū erat. Lautrechius iis copiis præfectus per Fonterrabiæ fines ad Sebastiani fanū castra promouit, oppidi modici quidē sed validi potiundi spe, ad mare positi Hispaniæq; fines extremos. Forte Ioannes Aragonius Cæsar Augustani Præfulis filius in eo oppido morabatur, dum in Belgas proficisceretur fidei pignus ab auo Ferdinādo regnum illi Neapolitanum nequaquā destinari, cōtra 20  
 q̄ Cæsar suspicabatur: Ioannes Nucæus Comes itineris ibat legati munere imposito in curia Caroli Principis. Eorū præsentia saluti fuit. Oppidani q̄uis pauci pro ingenita audacia, & eo inflāmatis præsidio magna virtute tutati oppidum hostes à mœnibus repulso Renteriā reiecere: inde ne concursu prouincialium reditu prohiberentur, Aquitaniā festinato repetiere. Ad vires adiunctæ artes, q̄ incōmode Gallis cecidere: Ferdinandus Aragonius Calabriæ Dux sub idem tempus Gallicis promissis lætatus, Neapolitanum regnum tradituros iure suum possessione alienum, Lugrunio, vbi cum Ferdinando rege erat, in Gallica castra dilabi deliberatum habuit. Res tanta sine conscis & adiutoribus peragi nō poterat. Indicio factō vincula iniecta tum ipsi sunt, tū quatuor infelicis consilii interpretib. administrisq;. Miseros omnia p̄sidia, mens quoq; sepe destituit. Ducis custo- 30  
 diæ Atiensæ primum arx, deinde Setabis in Valentino tractu designata est. Sociis maiestatis lege postulatis conuictisq;, per plateas tractis vncus & laqueus vitæ finis fuit. Extinctorum cadauera mēbratim dissecta. Conatus temere suscepti is exitus extitit. Anni tempus incōmodum erat, præceps in hyemē. Galli cōmunicato cōsilio festinave decernunt, moramq; superiorem maiori conatu & ardore corrigere. Gemina virginum sacrarum monasteria extra vrbē sita sunt, alterum Diuæ Engratiæ nomine, Claræ alterū. Hæc Galli collegia diripere nulla locorum sanctitatis memoria metue. Quidā quin etiam centurio Germanicus aperto sacrario, pixidem argenteā prædādi auidus Eucharistiam, q̄ in ea continebatur, in altare impius iuxta & temerarius proiecit. Virgo templi cedita eo  
 ,, spectaculo cōmota. Apage inquit, tātum nefas: Christiana sacra impiis atrectare mani- 40  
 ,, bus non metuis? nō te pudet? cælo vindictā expecta. Adest in limine, quē violasti, testis idē & vltor Deus. Ad q̄ ille renidenti vultu. Hic ait, Hispanorū Deus est nō Germanorū. Ab his initiis tetri de religione dissidii paulo post in iis regionib. subsecuti fundamēta nō obscura ponebantur. Suscepta impietas impune non fuit. Iudæ instar proditoris disruptis effusisq; viscerib. periit. Hæc Nebrissenfis fide probabilia, interest publice vt vera credātur. Displōsis moxtormētis excussē igneę pilę strauere late muros. Per ruinas & strages lapidum semel & secundo magno impetu ingruentes Gallos repulere Hispani insigni virtute felicitateq;. Cæsi ab vtraq; parte multi, plura ruinis obruta cadauera. Defensæ vtraq;, impugnatione vrbis præcipuā laudē tulere Villalba tribunus militū, Fernandus Toletus, Fernandus Vegha, Antonius Fonsēca, multiq; alii viri nobilissimi. Ioannes Albion periit Aragoniis maiorib. clarus suaq; præstans virtute. Anagari Dux p̄ iuga montis, 50  
 quē Reniegā dicunt, se ostentare, sex millia pedites sub signis habens, equitumq; turmas paratus hostiū castra inuadere, cum vrbē ipsi impugnarent, certe cōmeatus intercipere, grauare annonā Segorbii & Villæformosæ Duces prosequerentur, Aquilarii Marchio, Montacuti & Ripagorsē Comites, ipseq; regię aulicorū cohorti Præfectus magnus nobilitate generis, & reb. gestis clarus. Galli tāto apparatusi vt pares essent veriti tātis copiis, soluta obsidione per Maiæ mōtis angustias faucesq; Galliā repetere decreuerūt. Pridie kal. Decemb. mouere castra. Secuti abeūtes iisdē vestigiis Ludouicus Beamōcius in Vasconib. equitū Magister auunculi regis beneficio, & Villalba tribunus è postremo agmine  
 cæsis

cæsis aliquanto numero hostibus, tredecim etiã tormenta bellica cedentibus extorferre. Is finis belli fuit de Vasconum regno nobilis in paucis, is tantorum apparatus exitus. Agramonteses abiecta defensionis spe arces quas retinebant, victori dederunt, obsequium cum securitate contumaciæ cum periculo præferentes. Pompelonis mœnia, quæ erant quassata, resecta diligenter: areaque excitadæ arci designata est, quo munitior vrbs esset aduersus externam vim, ciues à defectione quasi iniecto fræno in posterum detinerentur. Aulicorũ cohorti Præfectus, genti rector designatur Proregis nomine, in Comaris Marchionem honoris causâ mutato nomine, quo maior esset auctoritas, præsentibus & superioribus meritis gratia, incitamentũ ad maiores conatus. Dum is provinciam demandatam domesticis rebus compositis capefferet, ab Albano Petrus Toletus filius est substitutus, Villæfrancæ Marchio, qui cum cæteris urbem defendit præstanti iuuenis indole. accedentib. annis Neapoli multo tẽpore Prorex, prudentia ac animi magnitudine in paucis parentum & nostra ætate conspicuus, claris maiorib. & bonis artibus præditus:

*Cardonius Brixiam urbem cepit.* CAPVT XVI.

HVnc cursum habuit bellum in Hispaniæ parte concitatum. In Italia confecto bello Hetrusco Cardonius, qua felicitate dictum est, compositisq; Florentiæ ex sententia rebus, prioriq; adeo ignominia in laudẽ versa, ducere porro in Insubres pergit. Mutinæ, ditionis tunc Cæsareæ cũ ipso Gursensis, Petrus Virea, atque Andreas Burgius conuenerent de belli ratione rursus in cõmune deliberatũ. Brixiam Gallico vsq; dum præsidio munitam obsidebant Veneti ad suum imperiũ reuocandi spe. Cæsar sui esse iuris disputabat, neq; passurũ vt ab alio quocumq; eriperetur. Heluetii ad Maximiliani Sfortiæ ditionem, cuius patrociniũ susceperant adiungi cupiebant, vim adhibitori nisi esset obtẽperatum. Trifariam in diuersa se intendentibus studiis ne graue incommodũ extaret, verẽdum. Consensu Mutinæ decretum est, vt Cardonius occupatis disceptantium conatibus, eam urbem admotis copiis captam de Gallis confederatorum nomine obtineret, ei redditurus cui iure & legibus deberetur. Eo probato decreto Gursensis quidem Mutinæ substituit, Virea, Burgiusq; Romam abierunt Pontificis de ea re voluntatem mentemq; exploratum, simul pactam ex fœderis legibus in stipendiũ pecuniã extorquendi spe, quoniam ab aliquot mensib. reddita nõ erat. Abnuitt Põtifex, ex quo ad Rhauenã erat dimicatum, excusans nullam pecuniam deberi quasi motis societatis legibus antiquato fœdere. Daturũ tamen sponte, si Cardonius Mediolanensem expeditionẽ Ferrariensẽ mutaret, quam urbẽ occupandi nondum neq; spem neq; voluntatẽ deposuerat, morã feruentior & aduersus difficultates animo peruiacaci. Omnino Urbinas copias in aciem produxerat non alia spe: ac præter Italos Heluetiorũ duo millia ad Lucũ & Bagnacaballũ continebat. Minores conatu vires nisi aliũde esset adiutus. ac præsertim pecuniæ in stipediũ ob inopiam passim dilapsi milites signa indies deserebãt. Virea & Burgius præter speciosa verba facturos q; Pontifici placeret, nihil præstitere. Missus Bernardus Bibiena, cui purpuræ deinde honos accessit, Cardonium edoctum, quid Pontifex postulare & vellet. Commodum Piscarius pecunia redempta à Gallis libertate, Mutinam delatus cataphractorũ alæ continuo præficitur inter Hispanas lectissimæ, cui Gaspar Pomarius dux fuerat in tumultu quodã Mediolani nuper occisus. Ergo Kalendis Octobris Cardonius Mutina versus Mirandulã mouit, quo tempore bellum in Vasconib. vigeat maxime ardore præcipio. Ad Ostiam Padum transmisit. Ibi recẽsitis copiis pedites nouem millia sunt inuenti Padulio summo ductore. Prosper Columna in dies expectabatur quadringentos amplius grauis armaturæ equites mille pedites in supplementum adducens. Moræ occasio, transitu prohibere Pontifex per ditionem frustra conatus. Non destitit præterea Sedunẽsem mone-re, efficeret ne Heluetii sinerent Cardonium in Insubres penetrare. Hispanos dicitabat ad imperium vniuersæ Italiæ aspirare. Quid gallis eiectis profecissent, si Hispanis seruituri erant inopia, auaritia, peruiacacia maiori? Non imperium externũ excussum, sed peiori seruitute, si id contingeret, mutatum iri. Veronam tamen Cardonius nullo prohibente peruenit, vbi Rocandulfus ad reliquas copias duo millia Germanorũ, equites expeditos quadringentos adiunxit, præterea tormenta bellica sex maiora, culebrinam vnã, minora atq; campestria viginti. Eo apparatu Brixia versus mouere signa. Obenignus Venetorum obsidione fatigatus, & metu noui aduentantis exercitus cõmotus, vt par erat, Cæsaris vexilla è muro prætedit deditiois indicio. Tũ Bibiena in Hispanorũ castra delatus Põtificis mandata, vt erat iussũ, explicuit. Respondit verbis blãdis Cardonius, cupere vero Pontificis iussis obtẽperare, facturumq; adeo fuisse, si antequã Padum traiceret in castra ipse

venisset nunc vltius esse progressum, quã vt sine ignominia & dedecore reuocare liceret. Bello confecto facturum q̄ Patri & Pontifici placuisset. Digressus Verona Cardonius Piscariam ex itinere vna cum arce Gallicã tũ ditionis subegit. Ad Venetos & Paulum Ballionium summum Veneti exercitus ducem antequam Hispanorũ copiaz Brixia peruenirent, qui suis verbis denunciarẽt legatos misit se quidẽ socialis exercitus summum ducem, ne deesset officio, venire, daturum operam vt cuiq; sociorum sua iura cõstarent. Proinde suos conatus iuuarẽt, viresq; coniungerẽt: in amore & officio vinci turpissimum ducerent. Verbis ludebatur, alioqui discrepantib. voluntatib. vel maxime atq; in diuersa tendentibus, q̄ poterant inter se cõuenire? Octo ab ea vrbe millibus Hispanorum castra erant, cum Galli ad deditiõnem flexere animos honestis modo conditionib. Datum vt gallicã copiaz, quadringenti cataphracti, pedites ad duo millia, cum equis, armis & impedimentis omnib. relicta vrbe irent quocumq; voluntas aut commoditas ferret. Mediolanensem modo arcem aliasve Gallicis præsiidiis detentas vitarent. Pro magno habitum duobus exercitibus vallatos quãuis Gallos, nullaq; auxiliorum spe id expressisse. Verum hostium inter ipsos suspiciones afflictos iuuerunt, annitẽte præsertim Gursenã, cuius erat præcipua reb. omnibus auctoritas. Eadem conditiones præsiidiariis arcis militib. sunt concessẽ pactis deditiõnem arcis cum tormentis & reliquo instrumẽto bellico, nisi intra vnum & viginti dies idoneã copiaz auxilio superuenirẽt. Pacta Brixia deditiõne ad octauum kalendas Nouembris ipso die Cardonius ad Castanetolam non procul ea vrbe lustrato & recensito vniuerso exercitu, inuenit supra octo millia peditum in castris habere iis adiunctis, qui tunc cum Prospero Columna in subsidium accesserunt. Solisio impigro viro deditã ciuitatis cura cõmendata est, militibus mille circiter in tutelã attributis. Reliquã copiaz Bergomi arcem impugnatam, dedita interim ea etiam vrbe, abierunt. Villamarinus maris per Italiam Præfectus Neapoli cum septem triremibus discesserat Pontificiis triremibus, quã ad Urbem veterem paratã erant adiunctis Genuam iturus Lanterna arcem obsessum Gallico præsidio imperioq; eatenus detentam. In eo portu tres alias Venetas triremes inuenit senatus decreto rogatu Põtificis in id missas, præterea quatuor alias Genuensis ducis, sed milite, turba nauali, & tormẽtis parum instructas. Lente omnia procedebãt, obsidioq; in lõgum ducebatur. exigua proficiendi spes. gallica classis multo minor sociali, sese ad Massiliam continebat sex non amplius triremium, & vnus rostratẽ maioris nauis, nihil nisi ex suo commodo ausura. Cardinales factiosi Lugduni institutos conuentus agitare porto pergebant, magnificis promissis Principes singulos lactantes prehensantẽsq; de alieno iure munifici. Hugo Mõcada Siciliae Prorex validã classẽ in Tripolis portum intulit. eam vrbe arcesq; munire destinabat, bello Africano repetendo cõmodissimam possessionem. Urbinas in Æmilia Rhauennam inter & Bononiam quingentos grauis armaturã equites continebat, Heluetios mille. Itatorum maior numerus, minor vsus licẽtia maior. E castris enim digressi ducum iniussu, rapere, spoliare, vi & stupris cuncta polluere, in omne fas nefasq; auidi atq; venales præcipuo agrestium damno. Belli aduersus Ferrariẽsẽ haud magno conatu ex interuallo repetiti is fructus extitit præterea nullus.

*Maximilianus Sfortia Mediolanum ingreditur. CAPVT XVII.*

**M**aximilianus Sfortia Tridẽti atq; Veronã aliquãdiu morã traxit. Vt galli ex omni ditione pellerẽtur, ac Mediolani & Cremonã arces reciperẽtur dum auide expectat, aliquot abiere menses. Simul Heluetiis vt pretiũ suscepti laboris esset, atq; in eã rem ciues Mediolanẽses pecuniã affatim volẽtes decernerẽt, sedulo agebatur. li. n. in studium noui Principis tuendi quãuis incitati; neq; Principatus partem aliquã detrahi cõcedentes, ne Parmã quidem & Placentiã à Põtificẽ occupatas, nõ Astã, q̄ penes gallos erat, ac ne Cremonã quidem & Geradadã Venetis ante aliquot annos ex fœdere datas cum Gallis ictor; in partẽ tamen p̄dã venire cõstituerant de alieno munifici, de suo parci vitio vtrumq; humana mortalitatis. Cõuenit vt Mediolanenses duob. annis centum & quinquaginta millia auri illis numerarent, annua quadraginta millia in omne tempus tributi honorarii nomine. Fidei pignus tres in ditione arces essent penes eos relicta. Principum aliorum non vna mens erat, neq; cõsentiẽtes voluntates. Cæsar vni ex nepotib. Mediolanum potius q̄ Sfortiis destinabat. Pares conatui vires nõ erant, Gallia infensa vniuersaq; Italia ex veteri stirpe Principẽ Mediolano dari expetẽte; si morarentur spem vi parata atq; armis: Gentis cõmunia vota vocestq; Laudis Põpeiaz Episcopo occasionem p̄buere de eo Principatu cogitãdi, quoniã caleacii Mediolanensis Ducis fili⁹ erat sed stupro susceptus. Nõ displicuere ii conatus Sedunẽsi Cardinali rerũ in ea gente p̄curationem, q̄ obtinebat, retinẽdi alieno nõ regnãdi spe inães Principis titulos penes Episc. fore impiũ penes se quo minores vires esẽt, eo amplius aliena ope sustẽtari op⁹ fore. Ne Põtif. q̄ de auersũ se iis molitionib. p̄bere visus est ob suspiciões susceptas in Maximilianũ parũ propẽsus. Cæsari & Ferdinãdo regi

obstrictum maxime minus sperabat fidem & obsequentem futurum. Ad hos conatus occupandos Brixia capta ut Maximilianus Sfortia quamprimum Mediolanum iniret curatum præstitumque est. Urbem iniiit ad quartum Kalendas Ianuarii incute salutis anno millesimo quingentesimo decimo tertio prosequētib. Sedunensibus Gursensibus, Cardonio<sup>1513</sup> & Petro Vrra. Venienti obviam vniuersa ciuitas effusa portis est, quasi ex diuturna siti cuncti auide suum Principem expectabant. Heluetiorū legati solenni cæremonia in manus dedere claues, cunctaque quondā veterib. Principib. exhiberi solita cōtinuo decreuit senatus. Peracta lætitia superosq; precati ut suis beneficiis fauerent, & tantis muneribus perpetuitatē adderent, ad bellum retulere animos. Gallis eripere quæcumq; retinebant necesse erat. Padulius cum peditatu Trezum arcem impugnatū iuuit ad Abduæ ripam operibus militeq; firmatam, breui tamen dedita est. Nouariæ arcē simili exēplo Ducis copiæ Gallico præsidio pulso ceperunt, non minus quamuis munitam, neq; minoris momenti possessionem. De induciis quæ Cæsare inter & Venetos erant, pace mutandis agebatur, & quoniam pactum induciatum tempus cum mense Ianuario exhibat, mensis Februarii primū deinde Martius est adiectus, vtrumq; Cariati Comitibus diligētia auctoritateq;. Conditiones à Pontifice anno superiori oblatas Gursensis æquior iā factus probabat. Veneti ad nullum fœdus veniebant nisi restituta Verona. Vim adhibere visum est, Cæsaris, Hispaniæ, & Mediolanēsis. copiis in vnū corpus collatis. Heluetiorū nulla mentio, quoniā Tramullii ad eos legati opera breui ad fœdus Gallicū transituros suspicio erat

20 haud inanis euentu, & tunc magnis coniecturis fundata. Cardonio priusquā in Venetos expedirent arma, Mediolanensem principatū stabilire imprimis placebat Gallis possessione deturbatis vrbū & arcium quæ magno numero vsq; dum in prouincia obtinebāt. Triuulcius quoq; quinque peditum millib. nouo delectu collectis ac plurib. indies in castra confluentibus, denuo bellum reparare cogitabat, virtutis & prudentiæ dux opinione singulari. Eo Prosper Columnia cum valida manu Astam urbem tenere iussus est, transituq; Gallos arcere, quoniā in aditu Insuabrum sita est, Subalpinis & mox Gallia propinqua. Ferdināus rex ut bello in patria implicaret Gallos distineretq;, Anglo genero auctor extitit. Anglicæ gētis infociabile ingenium est. Haud facile in cuiusquā alterius nationis cōsortium veniunt, cuius rei anno superiori satis clarum documētum extitit. Curatum ergo ut

30 Calitium ditionis Anglicæ vrbē traducto milite Nortmānos lacefferent. Aquitaniam accessuram in victoriæ partem, Angli commodo copiis Hispaniæ sumptuq; q; facturum se Ferdināus prolixè pollicebatur. Honestæ conditio, si verbis responderent facta. Ea spe incitatus Anglus classe quinquaginta vacuum nouem millia milites delectā ex vniuersa Anglia pubem, cultu & fulgentibus armis visendā aciem transmittere in galliā constituit. Eo ardore ut à Rege socero alias quinquaginta naues in vsum eius belli mitti flagitaret. Tot vno tempore bella conatusq; graues cura complecti, atq; ope qui posset Ferdināus præsertim valetudine afflicta, Bæticaq; dissidiis æstuante. Morbum cōciliauit poculum noxio medicamine fœdum, q; Regina diluit Mediæ Cæpestris, spe prolem ex Rege concipiendi. Id Caruaialius & Petrus Martyr in propriis commentariis quasi exploratū pro

40 certo posuerunt, nominatis etiam amatoris potioris ministris sceminis principibus: quarum nomina ne hoc loco exprimantur, earum tum maioribus tum posteris tribuendum putabam. Nausea ex eo Regem inuasit cibi nulla appetentia: ut ad molestiā leuandam per sylvas & saltus erraret, venationis specie congressu hominū deuitato. Accessere frequentia deliquia, & aquæ intercutis haud obscura signa morbi lethalis. Sic in contrarium vertuntur, quæ imprudenter alio & temere destinatur. Bæticæ motus extitere Henrici obitu Assidonii Ducis. Soror defuncto Germana erat Mencia Petro Gironio nupta. Præterea frater ex nouerca Alfonso Peresius Gusmanus. Testamento is heredem ex asse sororem nominauit, posteriori patris coniugio vitii damnato. Petrus Gironius leui eo præsidio munitus opimū principatum urbemq; Assidoniā ditionis caput occupare tentauit. Eleonora Stunica Hærici & Menciæ nouerca iuris certamē querere pro filio sollicita,

50 potiori iure omnium iudicio, parata Regis ope, quippe in eam caritate pronior erat, præter æquitatē causæ spe atq; studio nouo Duci iungendi Annam ex filio Cæsaraugustano Præsule neptim. Suas vtraq; pars clientelas habebat suosq; fautores viros Principes prouinciæ in ambos diductæ causis diuersis studio pari. Periculū erat ne in bellum apertum eæ contentiones erumperent. Petri Gironii ardens ingeniū timebatur omnis insolentiæ impatiens, consilio inimicum q; non ipse probasset. Vbi animorum motus conquievere, ius valuit regio præsertim fauore munitum & gratia: principatusq; cessit defuncti fratri. Bugiæ consalius Marignus erat Præfectus, Orano Martinus Argote pro Comaris Marchione legatus. Leuia prælia cōmissa cum Mauris, excursionesq; in vicinos agros factæ,

nullo præterea euentu ad memoriam insigni. Muleius tantum Abdala iis iniuriis provocatus se cum copiis in Bugiæ conspectum dedit. Nihil est tam firmum, cui non sit periculum etiam ab inualido. Vrbe mœnib. & præsidio defensa in suburbii tecta sequitū est igne ferroq; nihil vt integrum manserit, præter turrim, quo se Iudæi receperunt. Marignum temeritate accusatur eam accersuisse cladem: quippe pactæ cum Mauris pacis conditionibus non steterat finitimis importunus & grauis. Ad gentem pacandam Marigno in ea vigilia & procuratione Raymundus Carrocus successor datus est virtutis & prudentiæ opinione præstantior.

*Iulii Pontificis obitus.*

CAPVT XVIII.

Iulii quoq; Pontificis imbecillam diu valetudinem continuæ curæ grauabant. In affecto corpore quamlibet leuis causa maior existit. Senem septuagenarium lethifero oppressum morbo diu non posse superuiuere vulgatum erat, tenaci febricula fluenteq; sensim aluo. Metus suberat, ne eo defuncto factiosi Cardinales Pontificatum sui muneris facere aggredierentur quasi Synodi auctoritate ad ipsos electionis ius recidisset, certe comitiis Pontificiis Romæ interesse vellent. Mediolanensi Duci, Florentinis, Senensibus, Lucensibus vt itinera diligenter obsideant, mandatum à Cardinalium collegio est. Decessit Pontifex ad decimum Kal. Martii: corpus amplo funere ad Petri vincula illatū sepulcro. Inter alia præclara opera curasq; graues Vaticanum tēplum iisdē vestigiis mutata forma superbo structuræ genere primus instaurare est aggressus Bramantes architectus. Subsequentibus Pontifices in opere processere longius. Pius quartus & Gregorius tertius decimus maiori festinatione & sumptu quam alii. Absoluti & dedicati operis laudem Xistus quintus ante paucos omnino annos tulit. Pontificis obitu Romanus populus ad arma consternatus, tumultus concitare cœpit. Sic solent vacuo Pontificatu, tunc acrius maiorque impetu extincti Pontificis seueritate irritati, Columnis etiam, quibus infensum se Iulius præbuerat, & Vrsinis quibus fauerat, inter se mutua æmulatione in vindictam inflammatis. Diui Pauli monasterium Benedictini ordinis furentis populi concursu diripitur. rapinæ alia & cædes factæ. Hieronymi Viquii diligentia & auctoritate vrbis tumultibus magna ex parte compositis, Patres dimisso prius Mantuani filio, qui pro patre obses erat, in comitia conuenere ad quartum Nonas Martii. Septimo post die Ioannes Mediceus Cardinalis Pontifex est salutatus. Iuniorum suffragia in petitione subleuarunt. maior numerus minorem vicit: neq; enim suffragia ponderantur sed numerantur. In pontificatu se Leonem decimum dixit, ipsoque die testatus est velle se pactam armorum societatem tueri: ac vero vt Cæsar & Anglus ad id fœdus accederent, daturum operam. Cardinales Caruaialius Sanseuerinusq; Lugduno, vbi minori quam vnquam fiducia existimationeque partes tuebantur, in Italiam discesserant comitiis Pontificiis interesse destinantes & suo iure & Prosperi Columnæ ope: qui & ipse Romam proficisci parabat, Pontificem de manu daturus orbi, sic pollicebatur maius fortuna & viribus facinus. Imminentem ex eo tempestatem vis altior discussit. Prosperum discedere vetuit Cardonius metu ne eius aduentu motus Romæ existerent prompta in arma plebe: ne libertas decernendi Patrib. eriperetur extremum malorum fonsque. Duo Cardinales ad Arni fluminis fauces rostrata excelsa nauī appulsos custodiæ destinati milites captos Pisas inde abduxere. Rei gestæ nuncium Iulius Mediceus ad Pontificem patriuelem misit. Viterbium ille captos deduci primum iussit, deinde ciuitatem Castellanam eius vrbis arce satis firma custodię designata, dum è vinculis causam dicerent. Magni honores habiti, multaque blandimenta data abs Iulio sunt, tum duobus Cardinalibus, tum Solerio regulo, qui cum eis à Gallo Romam legatus ibat. operam fidemque Gallis probandi studio tenebatur. Hinc vero consequentibus annis in maiora incommoda præcipitatum. Mortuo priore Pontifice, noui auctoritate nondum fundata facile Mediolanensi fuit Placentiam occupare, tentare Parmam. Cardonius in eam partem cum copiis accurrit metu noui à Gallis belli, neque idoneo tempore ad inuadendum Venetos, vti erat destinatum. Pecuniæ in stipendium suprema inopia premebat: neque eius redigendæ via alicunde ostendebatur. Proxima quoque spes retinebat, Venetos cum Cæsare pace facta cōciliandi. profectiq; ea de causa erant in Germaniam Gursensis primū, deinde subsecuti Vrrea & Cariati Comes. De conditionib. pacis non consentiebant. Cæsar Brixia & Veronā tueri destinabat. Veneti ad nullum accedebāt fœdus, nisi veteri penitus imperio restituto. Accessit Gallus in ea altercatione aliorū dissidia suā fore occasionem ratus. Andreas Grittus iā vna cū Liuiano recepta libertate beneficii memor & gallicis partib. inueteratus galli conatus subleuauit, Cæsaris euertit. Itaq; fœdere festinato Venetis quæcūq; ante bellum possidebant, concessa à Gallo sunt Cremona & Geradada modo exceptis, quæ Mediolanensi ditioni, vt redde-



redderentur, expressit. In id bellum, quod opinione grauius futurū erat, quippe de Mediolanensi principatu Gallus certabat, de ablatis antea vrbib. Veneti, hi quidem mille grauis armaturæ equites peditum millia sex copiarum duce Liuiano polliciti sunt: Gallus autem mille & ducentos cataphractos, pedites duodecim millia. cura peditū Roberto Marchiæ concredita, expeditionis summa Tramullio, adiuncto tamē Triuulcio propter summam Italiæ rerum peritiam, paremque rei militaris scientiā. Is cū continuo copiis, quas paratas habebat, Astam urbem tenuit. Liuianus ad Venetorum exercitum abiit Veronā occupare parans, si id non cōtingeret, cum Gallicis certe copiis vires conferre. Nouo euulgato fœdere magna rerum & animorum conuersio facta est: multæ Insubrum ciuitates à

10 Maximiliano Sfortia nouo Duce defecere: gens ad omnem auram spei metusque vmbra mobilis neque satis constans in fide. Felicitatis humanæ quanta est inconstantia, quanta labe: facili momento in contrariū vertitur. Vix noui principatus primis gaudiis degustatis nouus Princeps in præceptis ire coepit. Festinati cum Venetis fœderis Gallo causam præcipuam extitisse inueniebam, alterius pactiois conficiendæ proxima spes auctore Carualio Cardinali. Enimvero à Ferdinādo Rege inducias esse cupiebat citra Alpes quidem. Commodum id vtriusque Principis rationibus; Ferdinādi quidē mora satagentis Vasconū regnum firmare, quod nouitate mutabat, Galli autē Insubrib. imperii iugum, quod excusserāt, reponere. Ea cura præcipua summaque votorum. Regis Vasconū & Maximiliani Sfortiæ nulla, ac ne famæ quidem memoria præ cupiditate assequendi quod animo destinarāt. vt hostes

20 vlciscerentur, amicos mutuo inter se & confœderatos donarunt: scilicet potentiā supbia, & superbix affinis imbecilliorum contēptus sequitur. Induciis sancendis Iacobus Concillus Catanæ ad Ilerdæ episcopatum ipso tempore translatus, in Galliam legatus Baionæ cum Odeto Fuxensi Lautrechii regulo, qui Aquitaniæ erat Præfectus, de conditionibus disceptauit. Ex colloquio nullo fructu cum discessissent, ad Ortuuiam arcem, mense Martio dimidiato rursus conuenere ditionis quidem Gallicæ, cæterum Fonterrabiæ distitam sex tantum millib. passuum. In ea arce consensu hæ conditiones sancitæ sunt Kal. Aprilis. Ferdinando atque eius confœderatis Anglo & Carolo Aufriaco cum Gallo, Scotto Rege & Gheldriæ Duce ab eo die induciæ annuæ essent. Eo interuallo inter vtrāque gentē commercii ius facultasque citra Alpes quidem, qua parte ponebantur arma. Rex Vasconum in

30 fœdere à Gallo neque nominatus neque comprehensus est, quod perinde videbatur, atque in prædam hosti dari nulla amplius emergendi spe. De Anglo & Cæsare statutum, vt nisi intra duos menses eas inducias ratas haberent, ne postmodum ad fœdus admitterentur. Molestum id fœdus Cæsari extitit se præsertim inscio festinarum. Ferdinandi artes accusabat. An id esset, quod omnib. sermonib. vsurpabat, communem secum fortunam habere, seiunctum nihil: iis pactis induciis intra octo dies Gallo Mediolanensem principatum cessurum; mox Italiæ Principib. victoris fortunam haud dubium secuturis. Neapolitanum regnum victoriæ partem fore & quasi corollarium ac vero reliquam Italiā nullo repugnante daturam manus. Italia domita conuersis in vtrumque armis, qui veri hostes existèrent, vindicaturum scilicet inittias pro voluntate arbitraturque. In reliqua molestia accusabat maxime, Carualii Cardinalis multis modis inuisi insensique consilia. de re tanta audita Galli præcipuo cōmodo, cui ille esset addictus, originis immemor & patriæ caritatis. Si verum fateri conuenit acutissime is, vt erat ingenio perspicaci & callido, viam solus considerauit eos Principes inter se conciliandi, nisi vtrique obiecta propria vtilitate nunquam in vnum fœdus coituros. eam vt assequerentur, reliqua neglecturos vincula necessitudinum & honestatis. Sic erat horum Principum ingenium. Neque erat dubium vrbes Venetis à Cæsare nuper detractas pactis iis induciis cōtinuo ad vetus imperium nouo depulso redituras. Id vero eius animum vrebatur maxime, tamen diuersa dolori species prætendebatur.

## De bello Vasconum. CAPVT XIX.

50 Ante pactas cum Gallo inducias Lautrechius Baionæ in Tarbellis veteres copias instruere, nouas conscribere, æneas balistas cōflare. Sancti Ioannis oppidū Vasconum inuadere parabat neque operib. neque militib. satis firmū. Eo improuisa vi occupato municipio, vti confidebat, neque erat difficile, transcensis montib. in Vascones citramontanos irrumpere cogitabat. Eo metu Comarius per idoneos homines Roncaleses finitimos pacare est aggressus nunquam satis fidus, & tunc rerum nouarū spe proxima Gallis trāsitum per fines daturus, si obsisteretur ferro viam inuēturis, nisi prouideretur. pedites item equitesque Diegho Verę misit oppidi eius Præfecto, quo ipse numero postularat. Verum has omnes ab vtraque parte molitiones, conatusque pactæ, vt dictum est, induciæ distur-

barunt. Ferdinando præterea Regi occasio exitit, non modo imperium recens partum confirmandi, sed & nouis accessionibus amplificandi. Ioannes Rex Vasconum quinque hominum millia sub signis habebat, si spes aliqua melioris fortunæ affulgeret auersæ carēnis, hostibus propitiæ. Simul Zamoræ Episcopum monuit, vt fidei datæ memor ad captiuitatem rediret. Disceptata tamēn causâ Ferdinandus liberum eum, neque promissi reditus fide teneri pronunciauit, quod iure gentium violato captus fuisset legatus præsertim de iis, quæ ad tuendam Pontificiam dignitatem pertinebant, deinde Longauillæ obitus; cui fidem dederat, quasi capitis diminutione, promisso fuisse exemptum. Urgebat alia parte Marefcalus Vasconum, quem Cortesium quoque Marchionem dixere, cū duobus aliis militum millibus in vicinos Santabriæ fines inuectus. Incolæ Ludouici Cueuræ iussu, qui Fonterrabiæ pro patre vicarius res gerebat, durum in armis genus in vnum agmen cocuntes, hostium conatib. restitere. Rediere illi Maiam Vasconum arcē in Galliæ latere, quâ parte in Aquitaniam est transitus. Inde de finitimis prædas agere, rapere, spoliare, si promerentur perfugio parato. Vrsuæ haud longinqui oppidi regulus Hispano addictus, Præfecti eius arcis absentiam opportunam fore conatui ratus, cum manu militari impugnatum aduolat. Minor numerus erat quam pro molitione, & forte an consilio Præfectus arcis superuenit. Ita spe irrita discessit. Ne Comarii quidē conatus initio meliorem exitum habuere. Dieghus Vera & Valensola cū maiori numero eius iussu ad impugnamdam eam arcem profecti nihil præstitere amplius. Cognito quin etiam tum Marefcalum, tum Vasconum Regem auxilio obsessis propediem venturos, raptim soluta obsidione retro sese retulere tormentis præ festinatione Azpilcueta relictis loco minime tuto. Paucorum militum perfugium excindere, quoniam latronum in morē vicinos montes infestos reddebant igne ferro, prædisq; abactis, oppido cupiebant nostri. Comarius ipse cū duob. amplius militum millibus & tormentis maioribus, quam quæ ante detulerant, impugnatum accessit. Obsessi nulla ex Gallia auxilii spe & Regis sui virib. hosti imparib. intra dies paucos supplicum vexillis prætentis dedidere arcem. Læta in præsentī victoria fuit, in posterum vsui Vasconum deinde omni tractu pacato, qui ultra montes ad Galliæ fines pertinet. Comites Fuxéses ab antiquo in Catalaunis Andorræ vallem & Castelbou prope Vrgeliam urbem in Pyrenæi montis oomplexu possederant. Vtraque Catharinæ Reginæ Vasconū à maiorib. relictâ iure quoque optimo, ad cætera mala victori accesserunt, armis erepta. Iisdem dieb. Neapoli Sorrenti Cardinali ad comitia Pōtificia profecto, Villamarinus maris Præfectus res gerebat minori q̄ opus esset auctoritate. Brutii & Apuli, præfectis earum prouincialium Ferdinando Alarconio & Padulæ Marchione Cardoniū ad bellum secutis, ad hæc exiguo numero militum relictō quasi domitis frænis motus cōcitarunt. Maiori peruicacia in regulos, eorum subditi sunt debacchati quasi indigna seruitute, impotēti dominatu premerentur. Integra oppida corripuere arma vitæ acerbissimæ conditionem si minus victoria certe morte excutere destinātes. Nihil in vulgo modicum aut timent aut terrent, tenuioresq; opprimunt. multæ cædes, atrocia flagitia extitere, non sacro non profano abstinuere manus. Neq; erat, qui tumultuantes compefceret. Deinde fama vulgabatur Turcam validam instruere classem ad euertēdas piorū opes. Incertum erat in quam partem seua tempestas irrueret. Rhodum plerique insulam designabāt; non pauci de Sicilia, Apuliae metuebant, iniuriæ opportunis neq; longinquis. Veneti quoq; ex quo ad Gallicum accessere fœdus, vrbes antea in Apulia possessas, vnde fuerūt eiekti, imperio reddere cum cæteris cogitabant si votis pares vires suppeterēt. Omnia hæc iura cōplecti arduum Ferdinando quidem, sed necessarium erat. Iis littorib. muniendis data est opera, terra dispositis per vrbes præsidiis, à mari Villamarini classe ad omnes casus instructa parataq;. Berengarius Olmius, qui initio Aprilis cum quatuor triremib. milite & reb. omnib. satis instructis Hispali discesserat, improviso occupaturus piraticas biremes nonnullas quas ad Tituani flumen in aduerso Africæ littore se recepisse. Lusitanus Tingi Præfectus nunciarat, iussus est reb. aliis prætermisissis in Italiā vela dare, reliquæ classi subsidium. Sub idem tempus Genuæ grauissimi extitere motus. Adurnii patria pulsī, quamuis hætenus Aragonio nomini cum primis addicti diuturno fessi exilio ad Gallicū fœdus versi eius ope sunt polliciti pulsī Fregosis ad Gallicum imperium Genuenses redituros. Tantę molitiones latere non poterant, quamuis arcano agitata. Cognitum Fliscum & fratres cum exulibus cōspirasse. Ducis fratres conatu occupato, cum intra palatium peremere, quasi lege maiestatis conuictum. Occisi fratres felici fuga vitata cæde, se Adurniis adiūxere: delectuq; militari habito ad vrbis mœnia accessere vindicare parati hostis exitio. tantundem Gallica classis mari fecit. Dux cum suis triremibus, Gallicis obuiam egressus cedentes meru an dolo dum longius insequitur, Adurnii Fliscique urbem à terra

occuparunt. Sic lætis miscetur aduersa. Duce Plombinū delato classis eius Lunæ portum tenuit. In eiectionem Octavianum Fregosium consensu ciues Ducem dixere, quippe gratum vniuerso populo vr̄bis tutelæ idoneū fratre Salernitano Archiepiscopo, ipsoque Romano Pontifice propinquitate deuincto. Læticia Adurniis diuturna non fuit Fregosii omni alio præsidio destituti Cardonio supplices sunt polliciti, si eius ope in patriam restituerentur, vr̄bē eam in Hispani clientela fore. Nuncupatis foederis initi conditionib. missus cum copiis Piscarius vr̄bis imperium Adurniis ademptum amicæ factioni reddidit. De vr̄bis duce mutari nihil est visum: quando gēto Fregosius, beneuolentia etiā Adurniios quoq; cōplectebatur. Verū hæc aliquanto post acciderūt: ad prætermissa redeamus.

*Galli ab Heluetiis ad Nouariam victi.*

CAPVT XX.

- A**D Astam & Taurinos Gallicæ copiarū coibant: neque Tramullius de sua comparatione aliquid remittebat ardenti ingenio vir, gloriæ cupidior quàm pecuniæ aut voluptatū. Accessere ex Gallia expediti equites quadringenti circiter. Italici generis Triuulcius focius & Sacromorus Vicecomes, hic deserto Maximiliano Duce cuius eatenus auspicia fuerat secutus perfidiam breui superi eius capite vindicarunt. Liuianus cum Venetorum copiis Veronam obsidere porro parabat haud ignarus primis euentibus metum aut fiduciam gigni: pro vt initia cessissent fore alia. Mirum dictu præter hos duos exercitus Venetorum & Gallicū, tres alios in Gallicæ Cisalpinæ atq; adeo Insubrum variis partibus vno tempore ali potuisse: tanta hominum militarium colluue prouinciam haud latam spatiis fuisse parem. Intra Veronam Germani quinq; millia tendentes, equites expediti sexcenti Vicentiā vsq; agris, pagis, oppidis, importuni instabant nemine repugnante. Prope Placentiam Cardonius Prorex metatis castris mille & quadringentos cataphractos, equites expeditos octingentos pedites ad septem millia cōtinebat. Italiæ spoliis splendidā aciem, & sua virtute præstantem. Heluetiis Maximilianus dux stipatus erat, quibus multum fidebat quasi externis & quibus opes & principatum debebat. Octo millium ii numerum explebant, & quinq; alia millia propediem transcensis Alpibus ventura expectabatur. Tantis quamuis paratis præsidii metu Gallici apparatus vrgentisq; belli, pleræque Insubrum ciuitates Duce deserto Gallica vexilla explicarunt, mutati imperii argumento, neq; fidei tenaces neq; constantes in perfidia. Dux ipse ancipitis pugnae aleam subire reformidans, patentibus campis non ausus sustentare, Nouariam se cum copiis compegit pridie Kal. Iunii, in ea vr̄be ab ea gente patrem Gallis fuisse veditum, oblitus ominis scilicet, aut que fortuito accidunt, parum curans. Cupere Cardonius significabat se cum Duce coniungere. Inopia pecuniæ retardauit Roma à Viquio legato promissæ, neque allatæ tamen. & ex Hispania iussum erat, vt Neapolim copias referret: neq; Gallos irritaret. Sic Cardonii cunctationē historiæ nostrates excusant. Quod in ancipitibus deterrimum est, mediam tenere viam placuit. atq; iisdem locis sustentare nulla neq; Ducis neq; Gallorū gratia. Peditum curam Solisio cōmendauit in Padulii locum Florentini exercitus ducis antea designati. Pro Solisio Ludouicus Huardus Brixia præsidio & custodiæ est Præfectus. Cremonæ Pontificias copias sustentare voluit: & quo maius esset præsidium deinde Ferramoscam eodē dimisit adiunctis quadraginta equitib. cataphractis, peditibus trecētis Hispanis, Italis quingentis. Parum ea diligentia est profectum. Cum primum Liuianus cum copiis omnibus eo accessit, vr̄bem quamuis munitam vi occupauit: cæsisque equitibus omnibus ad ducentos, Hispanis peditibus hastas detraxit, gentem ferocem ea ignominia vltus. Rei gestæ nuncio Galli amplius confirmati Nouariā copias admouere. enimvero octingētos equites grauis armaturæ, pedites octo millia: ex iis tria millia Germanos, reliquos temere collectos, quib. neque ex victoria gloria neq; ex fuga ignominia metus. Impugnandi vr̄bem specie modo præbita destitere tamen, seque ad priora statiuā retulerunt Gaiam inter & Nouariam fossa & vallo diligenter munita. Discessus præter opinionem causa nuncius extitit auxilio obsessis aduentare Heluetios numero ad duodecim millia, præter alia quinque millia ductore Altosaxo iisdem vestigiis sequentes. Priorum aduentu obsessi in victoria certam spem erecti, ne expectato quidē Altosaxo vr̄be egressi continuo in hostes sunt pugnandi certa voluntate, victoria spe, quoniā aduentu metum expresserant hosti. Galli detrectare certamen gnari modicas sibi vires: neque ita iuuari loco, vt non plus hosti in virtute esset. Re tamen necessaria & decoris cura in aciem produxere copias. Gallis equitibus pugnandi voluntas aut animus non fuit. Inter pedites acerrime duabus horis dimicatum. Germani feroces hostium impetum magno animo sustentarunt: iis victis victoria penes Heluetios stetit. Cædes quam pro numero maior. Supra septem hominum millia ceciderunt, atq; in iis omnes Germani, viri quoq; nobilitate factisq; clari Coriolanus, Triuulcius, atq; Ludouicus Beaumontius Nobilis victoria

in paucis fuit & cum veterib. comparāda. Secundum eam, quæ ad octauum Idus Iunias est parta. Altosaxus serus opitulatur accessit sibi præreptam laudem frendens. Præterea Mediolanum ac Ticinum ac vero reliquæ Insubrum vrbes ad victoris imperium vltro rediere, nullo iam Gallorum metu: quorū numerosas equitum peditumq; copias ab Heluetiis peditib. concisas considerabant. A Cardonio quadringēti grauis armaturę equites ad Ducē submissi auxilio post victoriā quoniā equitatu carebat, hostiū equites perstiterāt incolumes. Reliquæ Hispaniæ copię ad Trebiam non procul Placentia, vti instituerant, in statuis perstiterunt. Multū ex iis locis tamē Cardonius partes iuuuit. Liuiano prohibito ne copias suas cum Gallicis conferret, victoriā certam reddidit si conaretur procedere, hæsurus in tergo, & opprimi poterat si Hispani & Heluetii mediū clausissent. Cautior ille 10 pugna ad Nouariā euentu cognito copias in pacata reduxit. eæ erant mille cataphracti, trecenti velites peditum quinque millia neq; virtute neq; cultu & armis cōspicua acies, sed ex plebis fæce. Diuturnis bellis Venetorum ærario exhausto pecuniæ in stipendium suprema inopia laborabatur vt à ciuib. cogerentur reddituum decimam rerū venalium centesimam exigere magno popularium gemitu, graue onus neq; imponi solitum. Liuianus ex itinere Lignanū cepit, q; oppidū Villada & ei adiuncti milites obtinebāt præsidio. Inde Veronā duxit impugnandi voluntate. Egressi tamen ex vrbe præsidarii milites cæso ex iis copiis aliquanto numero, vt absisteret tamē conatu efficere non potuerunt. Sic in Insubrib. res erant, inter metū & spē vtriusq; partis animi & vires alternantes. Romæ factiosi Cardinales posita contentione, atq; palā eiurata secta pœnitentiam professi, in gra- 20 tiam Pōtificis restituti sunt. Malis castigati & damnis cum ecclesia conciliati sacerdotia priora & pristinum purpuræ honorē recepere ad septimū Kal. Iulii. Hūc exitū superiora dissidia habuerunt graua & diuturna, vnde sæua tempestas aliquādo instare visa est. Vt Cardonius copias conferret, Maximilianus Dux sollicitare non desisteat, ne reparatis Gallorum virib. de fortunis rursus periclitari cogeretur. Æquissimis postulatis ille obtemperare constituens trinis castris Sarrasinam peruenit. Ex eo loco Piscario Genuam ablegato, vt iam est dictum, ipse cum copiarum robore Veronam ire perrexit, Liuiani obsidione fatigatam, exitio proximam. In eo itinere cum primum Brixianum agrum attingit, Ponteucis & Vrsououū, omniaq; oppida quæ Salo flumine alluuntur, ex deditiōe in potestatem redegit. Bergomū quin etiam accedenti propius portas aperuit, pecuniæ 30 etiam aliquanta summa iuuuit in stipendium militare. Arx tantū in fide Venetorū perstitit. Vim adhibere longū erat festinanti. In ea vrbe Puchio relicto pecuniā ex fœdere pactam vt redigeret Pesqueriā abiit. Rencius pro Venetis Cremæ præsidio impositus dux impiger, audax, callidus re cognita, cum Bergomi non procul distitæ ciuib. consilio cōmunicato clam, noctu in vrbem admissus capta pecunia è Puchii fociis quosdam etiā viuos cepit, ipso vix duce munitæ domus præsidio sese tuente. Pesqueriā contra Cardonius occupauit, validū quamuis oppidum opera milesq; firmauerāt. Inde Pataviū cōtendit adiuncto ex itinere gursensi cū auxiliis recens & Germania in ea loca delato. Copiis omnib. in eius vrbs inspectum est ventum sub initiū mēsis Augusti. Maior virib. conatus propter amplitudinē vrbs Liuianq; virtutē soluta raptim Veronēsi obsidione eo delati. Ita 40 breui re infecta necessario discessere nostri maiori detrimento accepto q̄ illato. Leui. n. certamine cum Epirotis equitibus commisso Alfonso Caruaialius strenuus dux & cum eo Cardenas & Espinosa centuriones capti sunt. Equites expeditos cū Piscario Genuam amandasse nocuit, ad arcendos Epirotarū incursum frantandamq; audaciā idoneos maxime. Hunc cursum res in Italia tenebant. In Hispania Ferdinandus Rex annis grauis, imbecilla valetudine, curis fatigatus de pace Gallum vltro appellauit, vtriq; concordiam q̄ bellum magis salutarem fore. De Ferdinādi Infantis & Renatæ minoris Galli filiæ cōnubio actum est, fœderis stabile vinculū quærebatur. Gallus in puellæ dotem cultumq; Mediolanenses & Genuenses daret, Ferdinandus nepoti Neapolitanum regnū concederet lege perpetua, non incōmoda ratio, nisi mera ludibria essent votis verba contraria inani 50 spe aduersariis ne nocerent, distinendis. Ac Gallum maxime tempestatis ex Anglia cura sollicitabat. Nam rex Anglus cum quadraginta millibus peditum mille & quingentis equitib. Calerū traiecerat suæ ditionis in cōtinenti vrbem præualidam. Ex ea vrbe in Morinos finitimos irruens Teruannam obsedit mense Augusto, Abeuillā haud procul distitam Delfinus cum copiis accessit ad omnem occasionem attentus. Alia parte raptim collectæ Gallorū maiores copię obsessis opem laturæ venerunt. Iusto prælio dimicatū cum esset, victis cæsisq; Gallis Longauillæ Dux aliique proceres Galli in hostium potestatem capti venerūt. In victoriæ partem oppidum etiam accessit & ipsum vi captū. Euersis arce, turrib. propugnaculoq; eius oppidi Angliæ copię Tornacū vrbem sunt admotæ quo tempore

tempore in Anglia Sorris Comes Scottū Regem, qui in Galli gratiā in Anglicos fines ir-  
 ruperat, commisso prælio ad quintū Idus Septembris victis fuisq; copiis occidit. Ea victo-  
 ria nunciata Tornacēses nulla amplius spe ad deditiōē flexere animos. Ad eā urbē Cæsar  
 accessit Anglū inuisurus, tū Margarita Princeps, deinde Carolus Austriacus. Insulas mox  
 inde concessere de rebus magnis colloquio instituto. Mora molesta erat Anglo, neq; fa-  
 cile de tantis rebus breui constituere. Delegata potestate Cæsaris, Angli, & Ferdinandi  
 Regum legati cōsilio inter se communicato, consensu sanxere, vt quisq; triū Principum,  
 cum primū induciarum tempus exiisset, per suos fines Galliam inuaderet: ac nominatim  
 10 Aquitanos impugnandi Hispano cura est imposita suo sumptu & periculo, Angli com-  
 pendio. An id erat pacem facere cum Gallo? Ferdinandum Regem neque id fœdus pro-  
 baste, neque factum sua voluntate aut iussu fuisse euentus rerum satis indicat. Coniugi-  
 um Carolum Austriacum inter & Mariam sororem Angli sæpe retractatum, nouo de-  
 creto confirmari placuit, proximo etiam anno celebrationi perfectionique designato.  
 Autumnus in hyemem iam præcipitabat. Bello ergo in Morinis intermisso præsidijs tan-  
 tum dispositis, vt res & tempus monuit, cum copiis Anglus mare rursus transmisit. Vix  
 vnquam res Gallicæ in maiori angustia fuere, exitio viciniore. Heluetii præsertim au-  
 ctore Cæsare in Heduorum fines inuecti grauissimum terrorem vniuersæ genti immise-  
 re, ne malorum colluuiēs rediret, quæ quondam ab Anglis pertulerant. Tramullius  
 eo periculo ex Italia euocatus etsi ferocem gentem acie superauit à victis tamen, non se-  
 20 cus ac si vicissent, leges grauissimæ hosti impositæ sunt. Eæ fuere ne Gallus amplius Pisa-  
 ni conuentus, vt fecerat, auctoritatem sequeretur, sed posita contumacia mutaret. Ex ar-  
 cibus Mediolani & Cremonæ præsidia militaria deduceret. Et quod ignominiosum pla-  
 ne fuit, certis pensionibus quadringenta aureorum millia genti representaret, ingens pa-  
 cis pretium. Quid amplius victores exigere potuissent? sed tanti fuit eam tempestatem à  
 finibus arcere, vt præ metu parum ignominia moueret. Vis sane expressa stabilia non fue-  
 runt. præter gratiam cum Pontifice conciliatam, aliis conditionibus Gallus nō stetit, pol-  
 licitis in periculo benignus, rebus post tempestatem parcus.

*Ad Vicentiam Cardonius Venetos vicit.* CAPVT XXI.

30 **D**Vm alii Christiani Principes mutuis odiis inter se digladiantur, viresque & opes fru-  
 stra consumunt, Emanuel Rex Lusitaniæ bonis omnibus florebat. domi otium atq;  
 diuitiæ, quæ prima ad felicitatem mortales habent, foris autem in Africa atq; in extremis  
 Orientis oris secundo victoriarum cursu Christianæ religionis gloriam & cultū lōge late  
 que proferebat maiorib. indies incremētis. Egressis Gaditani freti fauces ad læuā in Afri-  
 cæ littorib. qua parte Oceanus orbē terrarū amplexu finit, vrbs Azamor sita est Phuthēsis  
 regni pars ciuiū numero ampla copiosaq;, diuite & feraci glēba. Rigat ea arua mœniaq;  
 alluit fluuius, quē indigenæ Omirabihū vocant: antiquis Afamā fuisse quidam putāt con-  
 iectura neq; certa neq; prorsus inani. Eam urbem annis superiorib. Emanuel Rex occu-  
 40 pare tentauit, vti antea dictū est. Zeiami Mauri fraude & vanis promissis delusi Lusitani  
 destitere conatu. Maurus, q; erat initio propositum, iis digressis vrbs imperium arripuit.  
 Grauem iniuriam, atq; hæctenus dissimulatam vindicandi occasionem commotæ in ty-  
 rannū ciuiū voluntates, auersa studia præbuerunt. Regū iræ mora acriores existunt. Clas-  
 se instructa numerosa peditū viginti millia equites mille & septingentos in eam rem mit-  
 tere cōstituit. Ioannes Menesius ac pleriq; è præcipua nobilitate secuti sunt. Summa ex-  
 peditionis Iacobo Brigantino permissa regia nobilitate Duci quippe ex Regis sore na-  
 to. Rebus omnib. cōparatis Olisipone soluere prouecta iam ætate vigenti æstu. Prolixa  
 nauigatio extitit: malaciæ detinere naues. Ventum tamē Azamorē sub initium autum-  
 ni. Cum ciuib. qui multi erant, & iis qui auxilio venerāt leuia cōmissa certamina. Deinde  
 50 dispositis tormētis excussæ pilæ strauere muros, ad hæc è præcipuis Mauris aliquot pere-  
 mere. Eius procellæ metu reliqui Mauri ne expectata quidē impugnatione altera porta  
 egressi noctu, qua parte minus acris custodia erat, frequētes in pacata abierunt. Deserta  
 vrbs sub initiū Sept. venit in potestatē. Accessere, vt sit post insignē victoriam alia eo tra-  
 ctu oppida ac nominatim vrbes Tite & Almedina. Brigatinus valida manu ad vrbs tutelā  
 relicta, ductorib. Roderico Barreto & Ioāne Menesio classē incolumē in Lusitaniā redu-  
 xit. Marrociū urbē impugnandā multi disputabāt victoria feroces v̄cordi audacia in fer-  
 rū & vulnera prōpti p̄dæ spe Dux cui cauta cōsilia cū ratione temeritate potiora erāt, fidu-  
 ciariā se operam obtinere excusauit; neq; inscio rege rē tantā aggrediendā videri. Prospe-  
 ro euentu erectus animo Emanuel eā Africæ oram armis peragrarē certus, Pinonii arois

iure eatenus controuerso cum Castella abcessit, ea lege carzen si Castella Reges illi permitterent, quidquid à fine Phutensis regni ad Boiadoris promōtorium pertinet olim attributum iis Regibus, quippe Veleii regni partem vtriusq; maris littora fusa ditione complexi. Bellum in Italia ducebatur. Cardonius Prorex Albareto, quo se receperat soluta Patauii obsidione, ad vastanda Venetorum oppida & agros est egressus. Auctor suasor-  
 que Gursensis Cardinalis. Ac primum Montagnanæ itinere arrepto Buuolentam accessit ad ripam Bachilionis, quem Meduacum minorē dixere quidam, sitū oppidum, cymbas & carros magno numero domestica multorum supellectile vesteque onustas, metu belli Venetias se suaq; recipere contendentium, militum prædam fecit. Grauem iis spoliis exercitum Plebem duxit Venetorum delitias, prætoriiis ciuium splendidum oppidū, gratum oculis ab amœnitate & copiis spectaculum. Direptis ædibus iniecere ignes in Venetæ urbis oculis magno ciuium dolore prædiis singulorum ædificiisque fumantibus. Meduacum imposito ponte traiectis copiis Mestrem est itum suburbii instar Venetiarum quinque millibus. nihilo amplius ab vrbe distitum pagū. Capto similis quæ cæteris fortuna fuit. Ad proximum mare domus quædā rustico opere sunt, palisq; & aggere littus statu minatum, ne terram fluctus exedant scilicet, ab antiquo prouisum. Inde quoniam ad tormenti iectum ab vrbe distat excussis ignitis globis urbana ædificia petita, non secus ac si obsidione premerentur. Ad Diui Secundi monasterium peruenere pilæ magno ciuium dolore non damnum, quod magnum esse non potuit, sed ignominiam, supra quā dici possit, moleste ferentium, hostes tam prope accessisse nullo qui dedecus vindicaret. Id imprimis uerebat ciues dignitatis apprime tenaces. Liuianus sero quamuis, cum copiis tamē occurrit prælio ut dimicaret. Cardonius commotus periculo præsertim ex omni parte circūfusis hostibus, satisq; ad laudem & fructum profecisse ratus conuerso itinere Vicentiam repetere decreuit. Profecti Mestre primo die quatuordecim millia confecerunt, longum iter expedito agmini. Ipsi impedimenta & spolia direptæ gentis quingentis amplius carris uehebant. Ballionius Taruisio, tum Patauini milites accurrere viribus cum Liuiano iunctis, cedentes Hispanos inuasuri magna victoriæ fiducia, quippe maiori numero & recentes aduersus fessos & præda graues pugnaturi. Septem millia pedites vniuersi erant, mille & ducenti equites. Præterea vicani ad decem millia se ostētantes è vicinis montiū iugis: sed quæ pars militaribus armis instructi, ceteri sparis & cōtis ut quemq; casus armauerat. Meduaci transitu prohibere nostros destinarant ex aduersum positis castris. Noctu illi silētio superius ad sex millia passuum vado transmisere copias. Quod erat reliquum Liuianus recognita Vicentiam inter, quo iter erat, & nostrorum agmina idoneas conatui coeuntium inter se collium angustias obsedit positus castris prope Vlmum vicum. Intercepto itinere Hispani in supremum discrimē venerant. Neq; ulterius procedere licebat in ea locorum iniquitate, neq; regredi tutum hostili omnia tergo tractu. In ancipiti periculo optimum fore visum est simulato receptu ac retro conuersis repente signis, hostē in patentes cāpos elicere. Ita factum. Hostes fugam ex intempestiua festinatione interpretati, ne mora è manibus hostis elaboraretur, pleni fiducia desertis viæ angustis, gradū inferunt præ festinatione, turbatis ordinibus. Cardonius rei bene gerendæ ex eo opportunitate perspecta cū Piscario, qui peditibus Hispanis Præfectus in postremo agmine eo die curabat, quid faciendū videretur cōmunicat. Pugnandum ille ait, neq; cōmittendum cunctatione ut victoriā elaboratur de manibus. idē Prosper Columna consultus censet grauis armaturæ equitū dux in medio agmine constitutus. Primam aciem tenebant Germani in singulos dies cū Hispanis locum cōmutantes. Ii ducum voluntate decretoq; cognito versi in hostem cōtinuo eum impetum in Venetos dedere, quē illi non tulerunt. Auerſi momento in fugā sunt herente in tergis Piscario vsq; ad urbis portas. Ciues eas præ metu clauserāt, ne cum suis confusus hostis irrumperet. Sic pleriq; fugientes fluminis vorticibus rapti perierunt: atq; inter alios Sacromorus Vicecomes intempestiua prodicionis ultore numine cum aliis missus. Cardonius interim collecto milite cum Germanis & quibusdam Hispanorū cohortibus, in peditatus equitatusq; hostilis partē inuasit. vicino colle cum quinque tormētis se tenētes, Pari facilitate ii quoq; deturbari è loco sese in pedes dedere vulnera tergis, animis ignominiam metumq; ferentes. Nonis Octob. pugnatum est. Cecidere è Venetorū copiis grauis armaturæ equites septingenti, peditū maior strages cæsis, nisi quos fuga seruauit. Captus Paulus Ballionius cū mulis, duo & viginti tormēta bellica in prædæ partē cesserunt. E primoribus euasere Liuianus ex fuga Patauiū delatus, Gritusq; non ante consistens, quā Taruisium est ventū. Præcipuam eo die laudē è victoribus tulerunt Fernādus Alarconius, Garsias Paredius, Garsias Manricus, aliorum inire numerum lōgum esset. molestū sua singulos laude fraudare sed necessarium. Antonius Leiuia prælio non interfuit cum manu militari sub id

sub id tempus Cremæ vrbi obiectus. Magna clades ea fuit, magnisq; laudib. victoria celebrata: ad cuius famâ cuncta pene victorib. cesserunt. Vicentiæ Cardonius copias aliquot dierum quiete recreauit. Bergomi arx eatenus in fide Veneta perstans venit in potestatem vi capta. Paulus Ballionius è captiuitate est dimissus, iuratus modo reditum nisi Veneti eius permutatione Alfonso Caruaialium redderent libertati. Pacti eius euentus is fuit. Caruaialius in vinculis obiit: neq; Ballionius tamen rediit, quasi nulla mēdaciū religione obstrictus. fidem seruare nolentib. argumenta nunquam desunt, honestatis specie prauitatem velante. An Caruaialii morte se sacramento liberum credidit? Alioqui nostris ad votum fluebant cætera. Mediolanēsis arx graui & diuturna obsidione fessa ad deditiōnis conditiones tandem venit, sane ad duodecimum Kal. Decemb. Tantundem Cremonæ arx fecit. Sic Galli ex vniuersæ Galliæ Cisalpinæ finib. & Mediolanēsi imperio deturbati. Lanternam tantum arcem retinere Genuæ vrbs ceruicib. imminentē, durum iis ciuib. frænum. Nouus Dux collectis virib. eam arcem obsidere institit, aduersam Gallorum fortunam porro vrgerē. Adurnii & Flisci exules præsto fuere auxilio, factionis opib. confisi patefacto aditu penetraturos in urbem. Aduersa factio cum de vigilantia curaq; nihil remitteret, nullo intra urbem motu qui venerāt, retro se cum ignominia & iactura retulere necessario, tormentorum etiam parte amissa. Lucas Alagonius iussu Ferdinandi Regis in ea vrbe subsistens conseruatæ vrbs atq; defensæ magna pars fuit, quingentorum Hispanorum præsidio à mœnib. depulso hoste. Lateranenēses conuentus habebātur Romæ. Ad eos Galli oratores sūt admissi factioforū patrociniō abdicato, Gallicaq; ecclesia Romanę subdita. quod palam testati sunt. De Bonæ Ioannis Galeacii Mediolanēsis Ducis filia Iuliano Mediceo Pontificis fratri connubio iungenda agebatur. Ferdinando Regi ea conditio non displicebat. Villamarino etiam negotium dedit id curadi. Appellata de cōsensu Isabella Aragonia virginis mater. Apage, inquit, tantum nefas, non patiar me viua non erit, dignitatis scilicet in aduersa quamuis fortuna & ingenitæ nobilitatis memor, alioqui in Maximilianum Sfortiam pronior: quo genero adoptato Mediolanēsis principatus iniuria detracti iura ad posteros reuocabantur. Venetis ex arcano fauebat Pontifex. Nobilissimæ vrbs proximum exitium dolebat impense. Monuit Cardonium ne bello præcipitantes vrgeret amplius. Viam aliquā fanciendę concordia prius quærendam videri. Quo tempore Aragonia mouebatur Comitum Ripagorsæ & Aradæ dissidio prouincia studiis in ambos diducta. Ferdinādu Rex ne à paruis initiis latius serperet malum, ex parua scintilla magnum sæpe excitari incēdium, positis armis pro imperio, iure vt disceptarēt, mandauit, paratus vindicare si quis nō obtemperasset. lite contestata dictaq; causā Ripagorsæ Comitem iniuriam fecisse pronunciauit, multaq; nomine Aragoniæ finib. iussit abstinere, quandiu Regi placuisset. Eo pulso conqueuere prouinciales. Brutii & Magna Græcia grauius atq; atrocius quā bello afflictabantur: sed & aliis tota Neapolitana ditione regionib. multa oppida & incolæ dominorū iniuriis irritati corripuere arma, miseris modum aut finem vel ipsa morte quæretes. Præcipua in eo numero sancta Seuerina olim Sibereina, Policastrum, Maturanumq; Missus in Brutios Petrus Castrius pacata gente reb. tranquillitatem reddidit ægre quamuis & tempore insumpto. Muri Comiti Apuliā demandatam prouinciam vt præfens gereret, mandatum est. Michaeli Aierui in Aprucium abire, cura & diligentia è saltib. latrociniis sublatis effecturo vt magistratib. sua constaret auctoritas temporum vitio collapsa penitus, nulla in ea gente facultate vindicandi flagitia. leges naturæ & humanitatis iura belli tempore in contrarium mutantur.

*Inducia Hispanum inter & Gallum prorogata.*

CAP. XXII.

**C**Alliæ Regina decessit ad quintum Idus Ian. salutis anno mill. quing. decimo quarto. 1514  
 Lectissimæ sceminæ obitum luxit gens vniuersa. Rex maxime eius vir neruis Blefis tunc æger molestissime tulit tum eius desiderio, tum veritus ne in Britānia Armorica motus existerent imperii Gallici odio. Varii Principes qui eum inuiserent luctumq; leuarēt legatos misere. In eo numero Germana Regina Bernardum Mesā Episcopum Trinopolitanum legauit cum mādatis, secundum officium tēpori & propinquitati debitum leuato Regis luctu, de quo antea erat actum, Namursium & Narbonē reddi postularēt aliq; à castone fratre possessa sorori atq; hæredi legitimæ. In Italiā profecto Ramirus Nunnius gusmanius dimissus à Ferdinādo Rege est, vt Romæ oratoris regii partes impleret, iussus ex itinere cum genuēsib. publice scēdus sancire. Fecit ille diligētē mādata. Pactionis summa duob. cōprehēsa capitib. Rex vrbs eius & Octauiani Fregosii Ducis patrociniū suscipet. Genuēsēs è cōtrario vires cōferrēt certo vt militū numero Regis impiū & dignitatē

tuerentur. Confectæ in eam sententiam tabulæ ad tertium Nonas Martii: quo tempore Adurnii Heluetiorum ope moliebantur eius vrbis statum commutare pulcherrime tunc vt videbatur, stantem. In gallia Trinopolitani Episcopi industria tum alia agitata sed inani conatu sunt, tum denuo de Ferdinandi Infantis & Renatæ minoris Galli filia coniugio actum. Astringi eo vinculo Gallum & Hispanum in vnam stabilis pacis voluntatem commodū videbatur, ambos bello fessos tenui valetudine. Ea re propemodū confecta, vt Regi viduo de nouo coniugio meditati masculæ prolis spe, Eleonora Caroli Austriaci soror nuberet. Serio agitatū est. Simul Venetis cū Cæsare conciliandis dabatur opera. Pontificis arbitrato cōtrouersias finire placuit. Cōpromissi exemplū cursensis Romæ detulit: in quo erat expressum ne in alterutram partem quidquam definiretur nisi ex Ferdinandi Regis consensu & voluntate. Suscepta Pōtifex ea cura, institutaque cognitione ad quintum decimum Kalendas Februarii pronunciata sententia, vt Cæsari Verona & Vicentia Venetis Brixia & Bergomum cederent sanxit. Præterea in præsentī à Venetis Cæsari ducenta quinquaginta millia auri penderentur, annua in omne tempus millia triginta. Irritus labor extitit. Dum Ferdinandus consulitur de re tota, Veneti decreto Pontificis palam se obtemperaturos negarunt iniquum causati. Nondum optata pax Italiæ coalescere poterat quamuis bello omnibus fessis exhaustisque. Induciarum Galliam inter & Hispaniam pactum tempus exibat. Vtrisque incommodum iuxta ac graue erat ad arma redire. Quintanæ Regi Hispano à secretis, eius nomine in Gallia res gerentis diligentia sancitum, vt dum pax componeretur induciæ in annum alterum prorogarentur conditionibus antea pactis nihilo commutatis. Nihil est tam sanctum, quod placeat re omnibus possit. Desino quidem ea prorogatio grauis accidit verito ne in pacem defineret: qua ipse Mediolanensis Principatus spe & hæreditate caderet. Cæsar parum curauit in belli Veneti cogitationem & apparatus incumbens: ac potius cupiebat inducias pace mutari. Angli modo impediti conatus sunt bello Morinos & Aquitanos armis præfidiisque obtinendi. Inter propinquos violata caritate acris sequitur indignatio. Ita Anglus quia vindicare dolorem ex ea re susceptum non licebat foci molitionibus occupatis Gallum in fœdus prior attraxit Maria sorore in coniugium illi pacta. Londini vrbe Angliæ primaria conuentu de tota re habito, pro Anglo Thomas Volsæus tūc Archiepiscopus Eboracensis & paulo post Cardinalis, Angliæ Marefcalus, & tertius Episcopus Vintoniensis, Galli nomine Longauillæ Dux, & Nortmanni conuentus Præses disceptarunt corā. Fœdere facto ad septimū Idus Augusti inter alia expressum est, vt certo militū numero inter se iuuant, si quis alterutrum bello lacefferet, mox festinatæ nuptiæ ferales sunt luctu ob amissā non ita pridem vxorē in lætum cultū mutato. Notatū, ab Anglo in fœderis tabulis inter suos confœderatos ne nominatum quidem Ferdinandum focerum esse. Conceptam animo irā placare Ludouicus Carrocus Ferdinandi legatus hætenus in Angliā conatus: conata & Regina pro ea gratia quam apud gētem vniuersam obtinebat maximā viro à se nondū penitus alienato nihil vterq; diligētia perfecit. Paulo post Ludouico Carrocio in Hispaniā reuerso, in eius locū susceptus in Angliam Trinopolis Episcopus abiit. In Italia bellū ducebatur alternāte fortunā dubio exitu. Sed à Cardonio tamen cū copiis Citadela duob. à Meduaco amne millib. Pataviū inter & Taruiū, oppidū situ, operib. & præsidio firmissimū vi captum est. Prosper Columna cū Mediolanensis copiis Cremam impugnabat. Defendit Rētius pro Venetis vrbis præsidio præfectus. Itaq; expugnari nō potuit. Garfias Manricus cum aliquot equitū ad Robigum tendebat vt in nullo tali metu securus. Liuianus vindictæ audis superiora incōmoda resarciendi, ignominiam leuandi, atq; vt id assequeretur in omnem occasionē intentus, cognita nostrorū fœderia, vt fit ex reb. lætis nata, nocturna vi repente in oppidum irruit. Defendere Hispani vt locus & tempus dabat, vbi plurimum periculi, & laboris ostendebatur, ibi maiore vi resistentes. Viribus tamen impares deditioe facta salutem consuluerunt. Manricus & alii cum eo centuriones capti Vicentiam sunt abducti: rentius rei bene gestæ fama per-morus noctu in Mediolanensis exercitus stationem Crema egressus incurrit, qui Siluio Sabello duce nil minus cogitabant, iis improuisa vi fuis momento Bergomum festinato itinere nullo prohibente cepit. Hispani qui in ea vrbe erant, ancipiti periculo & repentina vi territi in arcem confugerunt. Cardonius periculo cōtinuo auxilio accurrit ipsis kal. Nouembris. Victricibus copiis par virib. Rentius non erat. Tormentis quoq; icta pars muri corruens cum fragore late stragem fecit. Itaque urbem per conditiones restituit tantisper ex victoria lætatus. tristibus sæpe prospera bellum commutat secundis aspera. Et est prudentis ducis eas vicissitudines præmeditatas habere neq; si quid aduersi accidit frangi animo, sed contra potius niti. Lanternæ porro arx Genuæ vehementer



vehementer molesta in Octauiani Fregosii ducis potestatem tandem longa obsidione fatigata concessit. Ad intermissa stylum referamus.

## Lusitania res. CAPVT XXIII.

**T**urcarum imperator bello liber, quod cum fratribus gesserat & Ismaele Persa qui eorum partes adiuarat grauissimum, centum & quinquaginta triremium classem instruebat, vti fama ferebat, in Italiam Christianæ religionis caput arcemq; Primum impetum in Piceni littora oramq; fore vulgo suspicabantur haud longinquam & Pontificiæ conditionis prouinciam. Metus externus ciues conciliare solet, vt positis mutuis odiis, detersis offensionib. in vnam communis salutis tuendæ conspirant voluntatem. Verum gladii sanguine ciuium & propinquorum delibuti non facile eluuntur. Ita efferati Principum animi videbantur, vt præ cupiditate inter se vindicandi, communi periculo parum mouerentur. Non abiecit tamen Pontifex animum. Cæsarem & Hispanum ad sociandas seculum vires sollicitauit: ne imparatos ferex hostis occuparet. Mediolanensi Duce & Genuensibus ad commune foedus attractis, cæteros Principes accessuros confidebat, ac præsertim Reges Gallum Anglum Lusitanum. Conditiones foederis scriptæ: quarum ea summa fuere capita. Vt quicumque, è sociis aliquem bello laceraret, quasi communem hostem cuncti vindicarent armis. Piorum prouinciis à Turcarum vi tuendis singuli socii equitum certum numerum in commune conferrent: pecuniæ quantum designatum est delectib. militum habendis & in eorum stipendium. Ne pauciores sedecim Heluetiorum millib. ad signa euocarent. Prudenter & pie excogitata priuatæ Principum cupiditates euertit. Saluti fuit aliis bellis Turcas distetos in piorum exitium arma vertere, tunc quidem non potuisse. Rempubliam sine viribus, sine consilio, sine capite fluctuantem texere numina. In vna Lusitania domi industria vigeat, foris arma prosperum cursum tenebat. Lætus is Rex copiis quæ ex Indico commercio proueniebant ingentes & belli Africani successibus, Romam honestissimam legationem sine superioris anni decreuit. Pontifici more maiorum obsequium delatum. Adiunxit ad ostentationem amplitudinis pretiosa dona. Sacrorum instrumenta, vestes Pontificales auro rigentes, eo splendore qui ex clarissimis gemmis esse debuit, ea varietate vt ars cum copia certaret. Specie, pretio, atque elegantia maiori quam vidissent homines in Pontificia aula, vasa auro & argento grauia artis pleita. E Perside pantheram miræ pernicitatis priscis Romanorum ludis exhiberi solitum animal equi clunibus strati eleganter insidens. Indi rectoris ad signum syluas pererrare feraque capere edocta. Accessit aureo strato turritus elephas assuetus inter alia flexo poplite venerari. Principem tybiae sonum pedib: vastique mole corporis motu quamuis incondito modulari proboscide haustam copiosam aquam in circumfusam turbam effundere. Denique Rhinoceros vehebatur, non visum in Italia à multis seculis animal ferum truculentumq; vt cum elephanto commissus natura inimicissimo, veteris magnificentiae spectaculum Romanorum oculis repræsentaret. Verum qui ab vltimis oris adiectus, Oceani tremendos fluctus euaserat, ad Genuenses scopulos fracta naui periit in ventorum procella. catenis impeditus neque enare potuit, neque à vectoribus eripi naufragio. Eius legationis Princeps Trifaninus Acunia rerum Indicarum longo vsu callens Romam inuit ad quartum Idus Martii. Paulo post dato senatu hac sententia oratione habuit è duobus legati collegis alter Iacobus Paciecus Iurecōsultus ad tredecimum Kalendas Aprilis. Rex Emanuel ab extrema Lusitania, Pater sancte, huc nos venire iussit de Pontificatu delato gratulatum: quod felix diuturnumq; magnoque adeo ecclesie commodo fore auguramur, optamusq;: simul ad deferendum obsequium debitum quidem sed libentissime tamen oblatum. Moram re necessaria susceptam hætenus excusare debet prompta voluntas. Officio preces adiungit honestissimas atque tempore necessarias. Paterna cura prouidendum videri, vt superiores orbis Christiani iacturæ reparentur facta pace. Id fiet, si Principes Christiani priuatis singulorum dissidiis sublatis, vires in commune contulerint aduersus hostem communem infensumq; in nostris ruinis exultantem nostraq; ex calamitate & spoliis superbum & magnum nouis indies incrementis. Quæ enim si gloria queritur, honestior causa, si vtilitas fructuosior hac cogitatione esse potest: Facessat superior amentia: pœnarum satis est datum. Amentes proflus & furiosi, qui in se ipsos ferrum stringunt væcordes & rabidi. Proderit Episcoporum conuentus continuari, neq; solui priusquam omnia ex sententia componantur. Patrum auctoritate diuina in terris æmula, id curari atq; præstari summopere exoptat, petitq; quoad vires tulerint, communi causæ nõ defuturus, paratus etiam, si res ferent, pro communi salute & ecclesie dignitate.

» vitam sanguinemque profundero. Nihil in nostra oratione vanitatis est. Sed quid  
 » non expectare fas sit ab eo qui omnes cogitationes consumit in conatum religionis Chri-  
 » stianæ amplificandæ, siue in vltimis Orientis solis oris, vbi vexillum crucis inter natio-  
 » nes feras & barbaras intulit atque erexit, vsque ad extremos orbis fines, quanto fructu  
 » & laude dicere non est necesse: siue in Africanis expeditionib. ærario consumpto & re-  
 » gni virib. exhaustis. Ex Indiæ spoliis & copiis primitias specimēq; offert, Pater beatissime,  
 » munera ex regionū lōginitate vnde aduecta sunt, & ex pietate Principis magis quā ex  
 » p̄tio æstimāda specq; adeo certa fore aliquādo, vt latissimæ regiōes & gētes innumerę ante  
 » vestros pedes p̄stratæ Christo se subdāt. Pro Africanis spoliis minus gratiæ habituris, quo  
 » v̄sitatoria sunt postulatum offerimus honestum prorsus & sanctū. Id est. Vt quoniā bello 10  
 » Africano gerendo pares regni vires & opes regiæ nō sunt, susceptos conatus primum  
 » concessa peccatorum venia ex ecclesiæ thesauris iuues benigna manu; deinde concedas  
 » vt pars aliqua in Lusitania sacrorum vectigalium ad id bellum conferatur. Vbi enim  
 » melius ponantur, atque eorum qui eas opes templis legarunt voluntati magis consenta-  
 » neā? Cum quibus fructus & gloria communicatur, an iniquum videatur vt oneris par-  
 » tem ferant? Non arbitramur vestram benignitatem in re omnium æquissima denegatu-  
 » ram, quod aliis Principibus variis temporibus est datum. Læto vultu & placido Pontifex  
 » legati orationem audiuit. Breue responsum. Emanuelem Regem pro eo ac par erat mag-  
 » ni facere: allata munera grata extitisse. Quod postularent curæ fore. piissimos tanti Prin-  
 » cipis conatus pro viribus iuuaturum. Confectis mox tabulis Cruciatæ veniā in opē belli 20  
 » Africani concessit. Adiecit decumarum ecclesiasticarum tertias in templorum fabrica-  
 » tiones & facta tecta cultumque consumi solitas. Præterea aliorum sacrorum vectigaliū  
 » in vniuersa Lusitania decimam. In vsu harum concessionum graues difficultates extite-  
 » re. ministri & collectores simulatione religionis inertix alimenta quarere; multas con-  
 » cipere fraudes. Et alioqui ex publicis vectigalibus quantum peculatus auertit. Iis incom-  
 » modis commotus sacer ordo centum & quinquaginta aureorum millibus pristinam re-  
 » demere immunitatem, ac non vltra triennium molestæ exactiones extitere. Populo gra-  
 » ue videbatur eas copias in victum sacerdotum & templorum cultum destinatas alio con-  
 » uerti, vnde in aulicorum delicias tandem desinerent rebus à prima origine mutatis. O-  
 » ptima sæpe instituta exitiali exitu terminantur, & fere mala exempla ex sano initio ortū 30  
 » habent. Castellæ recens documentum redderet cautiores. vbi postquam in sacros tem-  
 » plorum reditus Reges inuolarunt, maiori quam antea premebantur inopia. Enimuero  
 » qui exiguis olim vectigalibus, Maurorū imperio conuulso, externas inuicta virtute gen-  
 » tes ad ditionem adiunxere, eos nouis indies tributis plebe fessa, & sacrorum vectigalium  
 » parte magna occupata, nullo idoneo operæ pretio sua mole ruere, & proprio laborare  
 » pondere. Priuatorum testamta legibus sancta esse conquerebantur: eorum moueri,  
 » qui Christum hæredem scripsere. Dotem multis alioqui fulcitam prærogatiuis Christi  
 » sponsæ detraxi, ipsa inuita & qui dederunt repugnantibus. Regii ministri siue assentan-  
 » di studio, seu quia ita sentiebant, facto honestatis speciem prætere. Cuius in ope &  
 » patrocinio nō profana magis vectigalia quam templorum sacri reditus delitescerent, ab 40  
 » vtrisque partem aliquam decerpi & ad reip. præsidium conferri æquum omnino videri.  
 » Et constat Ambrosii ætate templorum prædia Augustis tributum soluisse. Equidem de  
 » re tanta statuere non ausim, neque ad meum arbitrium reuoco inter disceptantes quid  
 » sentiendum sit, pronuntiare consentaneum tamen putarim vt à viris sacris in com-  
 » mune aliquid concedatur, ita tamen si non maius subsidium sit, quam pro copiarum  
 » modo rataq; portione. Itaq; si redituum prouinciæ aut prædiorū quartā aut quintam ob-  
 » tinent, non maiorem neq; annui census partē neq; regionum vectigalium in ærariū con-  
 » ferant. Quod caput est, ne sua auctoritate id Principes faciāt, sed eius venia, vnde iura &  
 » leges sacre petuntur, Romani certe Pōtificis. Accedat etiā, quorū interest, Episcoporum 50  
 » prouinciæ consensus & sacri ordinis vti aliquādo factū scimus. Nā ordo sacratu peiori  
 » cōditione esse nō debet, q̄ populi, quib. volentib. tributa à Regib. imperātur. Verū hæc in  
 » medio relinquātur, ne in lubrico loco vestigiū fallat. Is sane legationis Lusitanæ successus  
 » fuit, A Præstoioāne magno Æthiopiæ Imperatore Olisiponē legatus venit gente Arme-  
 » nus, professione monastica, Matthæus nomine. Princeps gētis David dictus Regis Lusi-  
 » tani, ex quo Petrus Couillanus in eas regiones penetravit, fama cōmotus, deinde Lusi-  
 » tanorum in India parta gloria amplius erectus in studium mutuo commercio vires cum  
 » ea gente iungendi, idoneum hominem nactus in Lusitaniam extremam ablegare con-  
 » stituit. Is ab Alfonso Alburquerque benigne acceptus atq; habitus, quæ prima se dedit  
 » occasio, ad Lusitanum est missus. Vectores impostorem arbitrati, multis tota nauigatione  
 » contumeliis vexarūt. Iis Olisipone iniecta vincula; ne maior vindicta esset, Matthæus

intercessit, impetrauitque. Regis conueniendi facta potestate binas litteras protulit vna sententia diuerso idiomate & charactere Æthiopico Persicoq;. Adiecit ex auro crucem veræ crucis parte inclusa Æthiopum Imperatoris donum. Grata legatio extitit, lectæq; litteræ coram, adhibitis earum linguarum peritis. Matthæo hospiti honores habitus lautiq; publice data. Ab eo ritus gentis & de diuinis rebus placita cognita sunt à Christiana pietate non parum sæpe abhorrentia: prorsus vt Christianæ religionis præter nomen vix aliquid retinuisse videatur. Omnia explicare longum esset. Pauca proferre exempla satis arbitror. Octauo die verenda circumcidunt mares iuxta & fœminæ. Quadragesimo abluuntur baptismate. In partu Iudaico instituto fœminæ expiantur. Lege veteri  
 10 damnatis cibis abstinent. Ad obeuntem solem ieiunia producunt. Eucharistiæ diuinæ vtramque partem populus quoque sumit. Presbyteri vxores ducunt: monachi cælibes, & Episcopi quos ex monasteriis legunt sacra & ideo deuota iam capita. Peccata confessione expiare cõtendunt, cælestesq; venerantur cultu religioso. Sûma in eorum moribus & institutis, quædam merentur laudem, pleraque sunt absona. Rhegium Lepidi Pontifex obtinebat. Mutinam haud remotam à Cæsare accepit oppigneratam dum redderet mutua, quæ dedit, quadraginta aureorû millia. Eas vrbes ad Parmam & Placentiam adiunctas Iuliano fratri destinasse fama fuit, vero an falso haud facile dixerim, sed daturum rumor erat iure fundi Pontificibus relicto, adiuncta quin etiam Ferraria, si vires voluntati pares suppeteret: eidem paulo post Filibertam vxorem Caroli Allobrogum Ducis sororem lectissimam in puellæ dotem & cultum de suo centum aureorum millia dedit.

*Vascones Castellæ contributi.* CAP. XXIV.

Anglicum coniugium Gallo Regi exitiale extitit breui consecuto obitu. Sic solent senes complexibus impestiuis indulgentes præsertim discrepante nuptæ nouæ, ætate, ipsorum imbecilla valetudine. Gaudium breui mærore mutatur. Anno nouo millesimo quingentesimo decimo quinto decessit. Supremus honor defuncto habitus corporisque in maiorum sepulcra illatum tumulo è candido marmore, superbo structuræ genere atq; eleganti. Infaniam ne magnis quidem imperiis tolerabilem æmulati proximi Reges effecere vt nouis sepulchris templi spatia non sufficiant alioqui vasti. Eius morte in generum Franciscum Valesium Engolismorum Ducem imperium Gallicum est  
 30 translatum ardenti iuuenem ingenio, magnis animi & corporis dotibus, quas secum ipsa certâs natura cõgessit. Vulgo psuasum erat nõ cessaturû nisi Mediolano recepta, regnoq; adeo Vasconû, q; spoliatis Regib. pollicitus erat. Rerum tamẽ Italia maior cura. eo bello districtû ne aliqs à tergo terror reuocaret in galliã verebatur. Ab Anglia metuebat nihil pace cum ea gente pulcherrime stâte. Carolum Austriacum, ne ex Belgis tempestas existeret, Renatæ gloti iungere tentauit. Honestâ conditio videbatur, neq; repudianda prorsus. Nafai Comes & Michael Croius Principis cubiculo Præfecti ideo Lutetiam appulsi coniugium stipulari sunt nono Kal. Aprilis. Dos dicta sexcenta auri millia, ducenta in  
 40 præsentî pecunia, pro quadringentis millibus Bituriges pignori dari decretum. Carolus Princeps in suam tutelam abierat, ab auo Cæsare & amita Margarita Belgatum procuratore permissa. His pacatis Principibus Ferdinandus supererat maiori prudentia, Rex q; vt arte caperetur. Lautrechius Aquitaniæ Præfectus negotio dato Comarium de induciis in tertium annum prorogandis vltro appellauit. Abnuït Ferdinandus cognita haud dubium Galli destinatione in omni consilio circûscriptus & sagax, nisi Italia porro comprehensa arma citra Alpes nequaquam positurum. Sic ars arte delusa. Quin etiã ad omnes casus ope parata, fœdus institutum vt nouo decreto firmaretur curauit, aduersus Turcas & ad singulorum sociorum ditionem communibus armis tuendam, Gallicos impetus retardatum iri, si id assecutus esset, animo neq; inepte prospiciens simul ad fœdus alterum inclinauit à Leone Pontifice expeditum Bernardo Bibiena Cardinali sanctæ Maria in porticu ad Cæsarem propterea legato. Eius fœderis leges. Vt Cæsar Veronã Vicentiam, Forum Iulii, & Taruisiũ teneret. Duci Mediolanensi cederent Brixia, Bergomum Crema. Harum trium vrbium permutatione Parmam & Placentiam Pontifici relinqueret Iuliano fratri Principatum. Eo temperamento Ducis Mediolanensis imperio firmato facile Ferdinandus adducebatur, vti ei è Caroli Austriaci sororibus coniux daretur certe Margarita Princeps aut Neapolitana Regina, arcta omnes deuinctæ necessitudine, quippe neptis prima, nurus altera, tertia sororis filia: Sfortiana nobilitate maiora cõiugia. Dies cruciatuum Christi Dei memoria sacros & lugubres Ferdinandus ad Meioradam transegit, in curâ intentus vtriusq; gentis conuentus quã primum agitandi, Castellæ qui-

dem Burgis, Aragoniæ autem Calataiubæ lauto municipio. Olmedi edicta promulgata sunt pridie Idus Aprilis. Et Aragoniis quidem conuentibus inchoandis Maii mensis dies vndecimus designatus. Vt actionib. pro se vicaria præesset ex superioris gētis cōcessione, Reginam coniugē in Aragoniā amandauit, iussam iis solutis conuentib. Ilerdæ Calatau-  
 norum conuentus agitare, Valentinus postremo Valentix. Ipse Burgos festinauit ne desi-  
 gnato tempore occasione deesset ordinū voluntate redigendæ pecuniæ, cuius prima cura  
 erat, magna inopia, maiorque quam ex Aragonia spes. Belli metus multiplicis impende-  
 bat: cui omnino occurrendum erat, nouo militum delectu supplendi exercitus, firmāda  
 præsidia. Actum de ea re Burgis. consensu decretum est quadringentis aureorum milli-  
 bus ærarii tenuitatem regios conatus iuuare. Magnum vectigal & graue vt exhaustis po-  
 pulis imperaretur Ferdinandi Regis beneficium euicit, vmbra quamuis dignitatis ma-  
 gis quam prouentus. Vasconum regnum in iis conuentib. Castellæ cōtribuit olim quam-  
 uis Aragoniis obnoxium, recensque ab Aragonio rege, & Aragoniis viribus ex parte au-  
 xilioque partum. Verum Regi, ne Vascones Aragoniæ institutis & legib. libertatē arripe-  
 rent, prouidendum omnino videbatur, ab omni memoria inuidiosam seruiēdi rationem  
 vnde magni motus extiterant, alioqui in suam gentē caritate propensior. Accessere sum-  
 ptus Castellæ maiores in bello Vasconum tolerati maior multo militum numerus ex ea  
 gente, ad defendendam in posterum prouinciā validiores multo vires. Sed ex eo tamen  
 constat Ferdinando destinatum prorsus animo fuisse, eam ditionem nunquam abdicare,  
 quasi sui iuris non secus ac alios principatus, neq; vlla religione moueri, vt ab ea senten-  
 tia decederet. Sic variis sermonib. præ se tulit. Viribus potiori argumenta nunquā desunt  
 ad retinendū quæcumq; armis occupauit. An Principatum aliquem vltro veteri domino  
 redditū docere quis possit? Si verū fateri licet, nōnullis Ferdinādi causa præsidii fulcieba-  
 tur neq; contemnēdis neq; prorsus inanibus. Primum Pontificis sententiā Reges veteres  
 fuisse ditione spoliatos: quos more maiorum extrema meritos exempla furiali carmine  
 deuouit, & iure Pontificio maledixit. Deinde in Reges Castellæ translātū ius Claræ vxo-  
 ris prioris Henrici Castellæ deinde Regis eo nomine quarti ipsius voluntate & donatio-  
 ne, quo tempore à patre sæuo ad non dubium exitium data est in Gastonis Fuxensis soro-  
 rii potestatem, eius nece oppido cupientis, quæ iure potior erat, quippe maior natu, Va-  
 sconum imperium ad se trahere. Ita per omnes patrati parricidii affines & eorum posteros  
 peruagata ira cælestis haud longo tempore pœnas à singulis improbæ cupiditatis exegit,  
 mansq; innocentis puellæ mortuæ vindicta quā viuæ regis opib., felicioris nullo inimi-  
 corū innoxio relicto tandem quieuerunt. Accessit ad cætera Ferdinandi præsidia Germa-  
 næ Reginæ ius Gastonis Namursii fratris in locum. Quod si eo iure contendas Castellæ  
 Vascones contribui non potuisse. Suspiciari licet quid enim vetat? cum prole careret fa-  
 ctum eius consensu certaq; voluntate: quando post tres annos in conuentu Cæsaraugusta-  
 no Vasconum regnum in Carolum Austriacum transtulit Castellæ iam & Aragoniæ Re-  
 gem. Certior interpretatio Deum esse qui tempora sæclaq; commutat, euertit regna ful-  
 citq; quos numen subleuat, his dare imperia, vrgere quos decreuit premere. Neq; tan-  
 tum propter iniustitias & iniurias transfertur regnum de gente in gentem, sed propter  
 contumelias & dolos: vt diuini libri testantur. Cōuentus Aragonii Calataiubæ habeban-  
 tur. Vt à populis pecunia in stipendium redigeretur postulatam. Id proceres & nobiles  
 facere, nisi subditis populis præcisa facultate regiam opem per appellationem imploran-  
 di recusarunt, tanta obstinatione vt conuentus aliquot menses impediri necesse fuerit.  
 Afflicta Regis valetudo contemnebatur. Cæsaraugustanus Præsul magno quamuis labo-  
 re promouebant parū. Nulla spe in conuentu irritatos Proceres quidquam pro sano factu-  
 ros, singulas ciuitates appellare placuit de subsidio priuatim concedendo. His difficulta-  
 tibus commotus Rex quamuis extrema valetudine atq; ita vt nocte quadam pro mortuo  
 habitus fuerit, Burgis in Aragoniā festinare statuit, spe Proceres præsentem nihil denegatu-  
 ros. Ex itinere Antoniū Augustinū regio Aragoniæ scrinio Præfectū ad se citato venire  
 mādāt. cōsilia de reb. magnis cōmunicaturū. Aduenienti ad Arandā Durio alluete nobile  
 oppidū, quo rex processerat, cōtinuo iniecta in hospitio vincula sunt. Gometi Ferreria in  
 curia regia rerū capitaliū iudex captū in Septimacēsē deduxit custodiē designatā arcē. de  
 vinculorū causa multa sūt dicta, vt in reb. nouis & præter opinionē, cōtingit. Quidam cum  
 Carolo Austriaco consilia Regi ingrata aduersaq; communicasse interpretabantur. Alii  
 petulantes oculos in Germanam Reginam coniecisse, ac vero de stupro appellasse. Verior  
 opinio: cum Aragoniis Proceribus consensisse in conuentu: eiusq; malo voluisse regem  
 cæteros officii admonere magis vsurpandi iuris causa, quā quod vnus culpa esset. Segob-  
 iæ cum Regio consilio Hispaniæ Cardinalis substitit. Rex adiuncto Ferdinando nepo-  
 te Calataiubam festinauit. Frustra is labor fuit. Proceribus nulla diligentia persuaderi

potuit, neque vnus vincula tanti erant, vt desisterent nisi libertate quam petierant concessa æquitati prorsus aduersa iniuriarum fonte. Regis morbus recte descebat labore molestiaque auctus. Vilillæ quoq; nobili campana instare finem significatum, magnorum euentuum nuntia Regumq; obitus. Sic fama tulit, Aragoniæ gentis communi persuasione confirmata. Verum diiudicare quis possit? In eiusmodi rebus quanta sæpe existit vanitas. Ergo re necessaria, autumnis tempore nullo publice pecuniæ subsidio in conuentu impertrato sese Rex in Castellam retulit. Regina Calataiubæ conuentibus solutis Ilerdam processit. Sic in Castella & Aragonia res erant. quo tempore ad Viennam Austriæ, Cæsar & duo fratres Sigismundus Poloniæ & Ladislaus Hungariæ Reges conuenere ad sextum decimum Kalendas Augusti. Colloquii præcipua causa coniugia extiterunt Ferdinandum & Mariam Austriacos fratres inter & Annam atque Ludouicum iam Bohemiæ Regem Hungari filios inita ipso Magdalene memoria sacro die. auspex & antistes totius ceremoniæ Thomas Cardinalis Strigoniæ Pontificis legatus. Lætitia ludis, cõuiujs & omne genus spectaculis atque Principum numero lato cultu, gemmis auro & purpura distinctis vestibus plures dies continuata est. Interfuere ex sponsis Ludouicus & Anna patrem Regem secuti; præterea Maria Austriaca. absentiam Ferdinandi Cæsar eius auus suppleuit quasi procurator sponsalibus stipulandis. Notatum à curiosis non modo Ferdinandum & Mariam sororem Ferdinandi Regis ex sanguine fuisse eius nepotes, sed & Ludouicum & Annam pronepotes Eleonoræ extitisse Vasconũ Regiæ, quæ soror Ferdinandi fuit, Catharinæ nimirum nepotes, quæ Gastoni nupsit Candalæ regulo. Gastonis enim filia Anna nomine Ladislao Hungaro nupta Ludouicum & Annam nouos sponsoſ peperit. Ita Iohannis Aragonii Regis Ferdinãdo filio quam sua virtute & rebus gestis nobilioris, sanguis omnium fere gentium regis insertus latissime est propagatus.

*Alfonsi Alburquerqui obitus.*

CAPVT XXV.

Magna & præclara ab Alfonso Alburquerqueo Indiæ Prætore toto suæ Præturæ tempore opera sunt perfecta. Immortalem à gente Lusitana laudem habeat, necesse est, quippe imperii Lusitani in extremis orbis oris conditor princeps. Annis grauem imbecilla valetudo vexare cœperat. Multi præterea æmuli (omnibus satisfacere qui posset? certe virtutem inuidia premit) in Lusitaniam delati criminabantur, virtutibus vicina vitiorum nomina affingentes calumnia & mendacio armati. Reus in absentia agebatur criminationum iuxta ac criminantium ignarus, securitateque quam conscientia dabat incautus. Et quidem aperta odia depelli possunt fraus & dolus obscura, eoque ineuitabilia. Emanueli Regi, vt ei succederetur tandem persuasere: Delectus è nobilitate Lusitana Lupus Suarius, Aluarenga magnæ spei vir, qui res in India gereret. Comites adiuncti Matthæus Legatus Abassini Regis & Eduardus Galuantis vna in Æthiopiam iturus. Verum eam legationem obire importuna mors prohibuit. Atque in eius locum consequentibus annis substitutus Rodericus Lima in ipso Æthiopiæ aditu Matthæo extincto ad eum Regem legatus peruenit. Franciscus Aluarus presbyter profecutus euntem legatum de tota ratione itineris & regionis natura gentisque institutis commetaria patria lingua accurate descripta in lucem edidit. Nouus Prætor navigatione vix quinquemestri præter morem à celeritate felicissima Olisiponæ Goam peruenit, omnino postridie Kalendas Septembris. Sub id tempus quinto post die ex Lusitaniæ regina filius est natus, Eduardus nomine, miti Princeps ingenio, modestia & comitate insignis studijs venationis & musicæ imprimis deditus. In florenti ætate raptus, ex vxore tamen filium eiusdem nominis breuis & ipsum æui & duas filias reliquit. Maior Maria dicta Alexandro Farnesio nupsit Principi tunc, deinde Parmensi Duci, Catharina hodieque superstes Brigantino Duci est iuncta. Quibus diebus Lupus Suarius Goam appulit, Alfonsus Alburquerqueus Ormuti ex diuturnis laboribus fluentis alui morbo lætali oppressus eius insula reb. compositis regeque persuaso, vt amicitiam Lusitanam constanter coleret, in ea fortunis suis certissimum præsidium repositum putaret; cupidus Goam delicias suas ante obitum inuisendi, nauim conscendit. In itinere de successoris aduentu cognouit. Eo nuncio supra æquum & honestum perculsus vir alioqui egregius neque dissimulare dolorem, neque tenere linguam. Proh Christe Sancte, inquit, quantæ me molestiæ circumuallant? Si regi pareo, in hominum calumnias incurro, si respicio homines, regem offendo. Ad aras. nullum alibi perfugium. Hæc truci voce at dentique vultu vt procul exaudiretur, adstantibus commouerant lachrymas. Commoti animi ipse non ambitionem imperandi putabam. Quid enim alienius eo tempore? Sed morbi molestia victum, quæ omnia

reddidit ingrata, aut excelfo animo ægre tulisse interpretabar calumnias supra virtutem fuisse. Nam, vt ad se collecto tantisper animo rediit. Certe subdit, Regum corda Deus sua sapientia regit. Quid futurum putatis. Si me mortuo idoneus rector esset à Lusitania expectandus? quantum periculum rebus in India immineret? His dictis quieuit. Moribus navigatione inualefcebat minori in horas spe. E Goa propinqua euocari presbyterum mandat, cui erat solitus conscientia vulnera per confessionem detegere. Cum eo rebus omnibus communicatis, pœnitentiaque & oleo sacro ex ritu Christiano expiatus, die quodam ante lucem efflauit animam. Vir haud dubium insigni cum primis virtute, felicitate & pugnandi scientia comparandus eorum, quos ab vlla memoria Hispania genuit. Magnitudine animi, benignitate, prudentia, iustitiæ cultu maior fuerit in ambiguo est. Ex æquo hæ virtutes in eius moribus & vita colluxere: nulli earum vt palmam concedere fas sit. Corpus labore inuictum, animus expeditus in consulendo perficiendoque quidquid factu optimum iudicasset. Suis carus, hostibus formidabilis. Multum rei Lusitaniæ fauere numina duobus primis Prætoribus datis excellenti virtutum omnium indole, pari conatu, audacia, successu eorum quæ aggrediebantur felicissimis. In vna tamen voluntate Christi nomen amplificandi, & quodcumque periculum subeundi pro officio Regi suo debito & gentis gloria illustranda sententiis vel maxime discrepabant. Almeida primus Indiæ Prætor nolebat vires & classes Lusitaniæ ad expugnandas vrbes & arces conferri in illis oris, modicas esse vires Lusitanorum dicitans, auxilia longinqua; si in plures distraherentur partes, fore iniuriæ opportunos, neque pares tantis conatibus. Maris imperium tenerent modo, cætera in iis regionibus prona fore. Alburquerqueus contra ex ipsa auxiliorum longinquitate & virium exiguitate contendebat pluribus coloniis ea littora occupanda videri. vnde quasi ex seminariis supplementa suppeterent, cõmeatus facultas, cæduaue materia ad extruendas naues, armamenta comparanda. Alioqui neque maris imperium diu stare posse, neque commercii facultatem: quando siue maris tempestatibus seu hostium in classes aliquando disici vincique necesse foret. Itaque fore commodum si portibus & arcibus, quam possent latissime vasta littora amplecterentur, ad omnes casus parato perugio. Alburquerqueus rationem fuisse commodiorem tempus indicauit, iudex testisque syncerus, & rerum euentus, qui consiliis fere pretium famamque constituit. Vxorem nunquam habuit: ex ancilla tamen susceptum filium reliquit. De eo sollicitus sub mortem his verbis ad Regem scripsit. Inter frequentes singultus, & mortis instantis signa certissima has postremas litteras do. Filium vnicum habeo. eum tua benignitate complectere precor. Paternis meritis ea gratia esto. Quæ qualia sint, me silente opera ipsa testantur. Corpus amplo funere ac vere regio in diuæ Mariæ ædiculam ab ipso Goæ constructam illatum est. Omnis ordo & ætas obuiam effusa in veste sordida verissimis lachrymis gentis gloriam, salutare præsidium vna occubuisse atque eodem tumulo sepeliri sine fine dolebant scilicet: atque ita vt singulorum parentes aut fratres lugeri, omnes crederes vnus spiritu vixisse extincto perituros. Corpus occidit, & vita præsens ablata est multis obnoxia miseris. Merces in cælo certa virtuti, inter homines nominis gloria non inanis sed solida perpetuo vigebit nullis seculis interitura. Rex ex interuallo cognito Alburquerqueum obiisse, doluit impense. Filio ad se vocato benigneque accepto Blasii nomen à prima ætate inditum, Alfonsi appellatione mutauit in patris memoriam & gratiam; prædia & vectigalia dedit ampla vnde vitam sustentaret. quam ducta vxore lectissima deinde in multos annos propagauit non ita pridem extinctus; suaque impensa Diuæ Mariæ ædiculam Goensem, vbi pater sepultus fuerat, noua structura & spatiis in iusti templi formam amplificandam curauit. In Africa ad ostium Mamoræ fluminis, quod antiquis Subur fuit, Emanuel Rex arcem imponere cogitauit vltra Arcillam centum non amplius millibus passuum. Classe ducentarum nauium maiorum minorumque octo millia hominum in eam rem mitti placuit. Ductor Antonius Norogna, Olisipone digressi Idibus Aprilis ad ostium fluminis appulere nono Kalendas Maii. Infeelix conatus extitit. Cœptam continuo ædificari arcem innumera Maurorum multitudo sub signis sese circumfundens ex omnibus partibus, disturbauit, amissisq; tormentis, quæ in noua arce erât posita, & è Lusitanis media parte desiderata, classis coacta est cum ignominia & iactura sese in Lusitaniam referre.

*Rex Gallus Mediolanum abiit.*

C A P. XXVI.

**F**Ranciscus eo nomine primus Galliæ Rex simul ac regium insigne desumpsit, nobile regnum viris, armis, copiis & gloria florens post fata soceri adeptus, collecto numero-

so exer-

so exercitu ad Mediolanum repetendum animum retulit. Non deerant Maximiliano  
 Duci sua præsidia fautoresq;. Quindecim Heluetiorum millia ad periculi famam accur-  
 rere, tueri destinantes cuius patrocinium susceperant, atque datum beneficium. Belli ini-  
 tia aduersa extiterunt ad omen summæ vniuersæ. Prosper Columna cum equitibus ca-  
 taphractis transitu Gallos prohibere idoneo loco infesso constituens, occupato ab hosti-  
 bus conatu improuisa vi inter canandum ad Villafrancam est captus à Palicii militibus.  
 Rex ipse Gallus cum validis copiis in Insubres irruens prope Mediolanum castra promo-  
 uit, ea vrbe capta cætera prona fore ratus. Cardonius ad Abdua ripam castra habebat,  
 cum Pontificiis copiis Placentiæ morabatur. Laurentius Mediceus Petri filius eius, qui  
 10 ad Liris ostium est merfus. Vtræque copiarum si cum Heluetiis iungerentur, magnum ad vi-  
 ctoriam momentum. Id prouidens Dux Mediolanensis fieri ita oppido cupiebat, cura-  
 batq; eo maiori studio quod propter metum erat, Galli ad nutum rebus fluere incipientib.  
 Alexandria quidem vltro in partes accessit. Nouaria capta est cum arce Petri Nauarri ma-  
 xime industria. Nam is Hispano lente admodum de eo liberando consilia explicanti in-  
 fensus, ad Gallum trãsit viginti aureorum millib. ex regio ærario persolutis libertatis pre-  
 tio. Missi à Ferdinando Rege, qui magnis propositis præmiis ad officium reuocarent &  
 pristinae fidei cultum, præstitere nihil. Serum remedium animo penitus alienato. Quin fi-  
 dei & amicitia renuñciatæ argumento Oliuam in Neapolitano regno Comitum nomi-  
 ne datum vltro remisit confectis de ea abdicatione tabulis. Magni viri concedunt saepe i-  
 20 racundia & vindictæ studio in maiora mala præcipitant. Cardonius Heluetiis non satis  
 fidebat ferocis hominib. ingenii, & ambigui. & erat suspicio arcano ad Gallum respicere.  
 Ne Pontificiis quidem multum credebatur, Parmam & Placentiam retinendi studio speq;  
 si affulgeret, quas vrbes eripere Heluetii contendebant, ad Gallos facile transituris. Ergo  
 Marco Antonio Columna Veronæ, Brixia Ludouico Hicardo curare iussis ipse ponte è  
 cymbis confecto cum exercitus robore Pado transmissio constituit in agro Placentino ad  
 Trebia ripam munitis castris se tenere. nihil eo itinere hostile extitit oppidis circum ami-  
 cis. Displicuere ea consilia eaq; cunctatio Heluetiis, haud dubium improuida exitialiaq;  
 vti euentus docuit. Vim numinis quis auertat? Sed vnde suspicio sponte Hispani excitari  
 bellum, cunctaq; quæ accidere non ignauia militum neq; hostium virtute sed fraude du-  
 cum euenisse. Cardonii aduentus spe sublata Heluetii tamen paucis adiunctis Italis Me-  
 30 diolano egressi cum vniuersis Gallicis copiis configere constituunt. non audacia id sed  
 temeritas erat. Dux neq; iubendi neq; vetandi potens, non iam Princeps, sed belli causa.  
 Furore militari cuncta agebantur. Castra Galli ad Marignanum & sanctum Donatum ad  
 sextum ab vrbe lapidem munierant, spe ciues voluntate in potestatem vêturos. Liuianus  
 præterea festinabat vt cum Gallicis suas copias conferret. enimvero equites grauis arma-  
 turæ nongentos expeditos mille & quadringentos, pedites ad nouem millia. Heluetiis fe-  
 stinandi ea causa extitit, vt Liuiani aduentum occuparent pugna facta, si vtræq; copie iun-  
 gerentur de victoria diffisi. Instructa acie foras vrbis portas erumpunt ipsa conatus magni-  
 tudine & mortis contemptu formidabiles. nullo duce sibi quisq; auctor erat, incitatorq;.  
 40 Galli contra iis excipiendis in aciem & ipsi copias producunt. Primû agmen Carolo Bor-  
 bonio datum, postremum Palicio Rex in media acie curabat. Gallica tormenta multa &  
 præstantia in subeuntes munimenta Heluetios displosa late fecere stragē. Iuniores ex eo  
 numero facto agmine rabie & furore cæci nouo impetu in munitiones facto, quâuis ad-  
 uersariis egregie resistentibus, fossa tamen profunda transcensa & vallo tormentorū par-  
 tem occupant. Feruente vtrinq; cæde ac fortuna victoriam alternante, ne nox quidem su-  
 perueniens pugnam diremit, quandiu luna sublustis fuit ad mediam fere noctem: tanta  
 erat vincendi rabies. Heluetii prosperis feroces, Gallos pudor irritauerat & sui Regis præ-  
 sentia accenderat. pugna varia, atrox, anceps, his atq; illis rursus exitiabilis. Rex ad pri-  
 mam aciem prouectus & inter primos iuuenili impetu pugnans in armis reliquum no-  
 50 ctis sustentare necesse habuit, ne galea quidem detracta neque somno capto nisi quan-  
 tum corpore in tormenti currum tantisper inclinato licuit, ne gustato quidem cibo  
 septem & viginti horarum spatio. Ingens animi & corporis vigor: cum luce pugna  
 redintegratur non minori quam antea rabie. A Ienolaco Galeoto tormenta perite  
 disposita librataque, ab aperto latere multam Heluetiorum cædem stragemque fe-  
 cerunt. Accidit in medio pugnae ardore vt Liuianus è propinquo audito tormen-  
 torum fragore cum aliquot equitum turmis superueniret apprime pugna dux. Hel-  
 uetii cum omnibus copiis accessisse rati, ea opinione late per agmina vagata fractis  
 animis desperataque victoria Mediolanum versus sese recepere, sed sensim at-  
 que seruatis ordinibus. Ex ea vrbe extemplo sublatis signis Larium lacum versus

discessere. In Idus Septembris & diem posterum in paucis memorabilis pugna incidit. Victori continuo cessere omnia. Mediolanenses eum intra mœnia accepere. Arx quo se Dux cum manu militari recepit acriter impugnata tormentis, atque cuniculis à Nauarro scienter actis intra trigessimam obsidionis diem deditiorem fecit. Dux in Galliam amandatur in alimenta annuis triginta sex aureorum millibus decretis in exilio vitam calamitosam propagaturus ex pacto inter hostes tam procul à patria. Breuia ac fluxa mortalium gaudia. vix delibato suscepti principatus primo fructu, in quas ærumnas præcipitavit: si fructus & gaudium dici debent continuæ curæ, & terrores quibus is Princeps ex quo rerum summam obtinuit cruciatus est, alieno semper obnoxius arbitrio & imperio eorum, qui publicis vectigalibus occupatis, ac ingenti identidem pecunia imperata pacis legibus & belli ex commodo rogatis abrogatisque misero Principi præter umbram nominis, nihil nisi seruitium sordes & egestatem reliquerant, ne gemitus quidem liberam facultatem. Cæteræ vrbes & arces Duce sublato eiusque exemplo in victoriæ partem sine sanguine concesserunt. Cardonius extemplo Neapolim copias reduxit cura Neapolitanarum rerum nouarum cupiditate arripere arma volebant nisi metus maioris mali frænaret. Mænyngem quidem insulam petere distinendis copiis iussus erat, an timori ea species prætendebatur. Pontifex tempori inservire constituens ex condicto Bononiæ victorem conuenit. In eo conuentu Rex quæcumque voluit facile impetrauit arma tenenti nihil denegare fas erat. Dedit etiam quasi mutua permutatione facta, vt Pragmatica sanctio abrogaretur sacra in Gallia ordinis magno gemitu. Gentis voces liberæ fuerunt & plenæ ex postulationum, nihil amplius. Sic solet populus sine capite. In Hispania Ferdinandum Regem nouæ porro curæ sollicitabant. Magnum Gonsaluum in Belgas nauigaturum vulgatum est, adiunctis Egabri & Vreniæ Comitibus & Prieghi Marchione. Grandem pecuniam comparatam, vt cum res exegissent, nec facultas fugam nec inopia moraretur. Ea opinio cum late manasset Mangiareffius missus est abs Rege cum mandatis discessum prohibendi, & si foret opus in Gonsaluum iniiciendi manus. Tantum Hispaniæ dedecus auertere numina de cælo. Mensè Octobri Gonsaluus febre quartana laborare cœpit Loxe vbi morabatur. Simulata valetudine ludere suspicio erat: neque minor proinde cura custodiaque. Angli animo suscepta indignatio mora inualescebat. Ad eum placandum ne hostium conatus importuno maxime tempore iuuaret munera decreta vestis, vasa gemmis distinguentibus aurum, equique generosi auro strati. legatus in id Ludouicus Gilabertus miles sacer in Angliam appulit Regiæ vtéro prægnanti lætam. Quo diutius expectarant in exigua spe, eo maiorem voluptatem vniuersæ gēti commouit. Thomæ quoque Volsæo purpura Roma delata ludis & conuiujs celebrata. Ex infimo is loco ad primum dignitatis gradum in Anglia ascendit, vt ex rerum fastigio grauiori casu præcipitaret. Gratia Principis, cui fuit intimus, & praua obsequia pro virtutibus fuere. Superbia atque ambitio exitium ipsi & vniuersæ genti attulerunt. Is ergo & Ferdinandi legatus mutuo aliquot dierum congressu, ad quintum decimum Kalendas Nouembris fœdus & amicitiam stabilem inter duos illos Principes sanxere. Ludouicus Requesenius nouem trirēmiū dux ad Cossyrā insulam, vulgo Pantalaream, tredecim piraticas trirēmes Siciliæ spolijs & præda onustas nactus commissa pugna vicit per æstatem. Aliquanto post Bugiam obsedit Omichus Turca cognomento Barbarossa, cum sua peculiari classe eo delatus. Multi præterea Mauri è vicino tractu Turcæ conatus subleuatum terra accurrerunt. In arcto res positas Raymundus Carrocus vrbi Præfectus supremo conatu defendit Michael Gurra in Balearibus Prorex obsessis auxilio opportune superuenit. Ducebatur tamen obsidio, in aliquot menses cōtinuata. Obsessi annonæ inopia laborare cœperant. Cogitantes de facienda deditiōne nauis recreauit à Sardinia Prorege missa cum comætu & bellico instrumento. Qua ope tam diu sustentatum est, donec Turca abiecta spe urbem occupandi soluta obsidione sine anni discessit.

*Ferdinandi Regis Catholici obitus.* CAPVT XXVII.

Valetudo tum Ferdinandi Regis Catholici tum Magni Gonsalui recrudescerebat maiori in dies sæuitia inani medentium cura, vtriusque exitus vrgebat. Gonsaluus mortis angustijs exæstians lecticariorum humeris Loxa Granatam abiit, si cœli mutatione melius haberet. Nihil ea diligentia est profectum. Altero Decembris die in ea vrbe decessit vir plane admirabilis animi magnitudine & perpetuo victoriarum cursu clarior omnibus dux, quos à multis annis Hispana terra tulit, alioqui magnorum virorum ferax. Extrema ætate magnis procellis iactatus nunquam indignum quidquam est locutus,



curus, & quamquam rebus aduersis integra semper virtutis & constantiæ fama. quippe  
 solitus non minus in secundis tristitia, quam in asperis secunda cogitare. Aulicorum ex in-  
 uidia minor meritis Principis gratia, gloriam nõ minuit, sed atxit: effecit certe ne postre-  
 mis annis offenderet. Multos longæua ætas vertenti fortunæ tribuit: magnique sæpe viri  
 quietis impatientia & rerum varietate superiorem gloriam obscurarunt: cum sit arduum  
 mare frequenter fulcantem, nunquam fluctibus tempestateq; sæuiente iactari. Tempus  
 vitam abstulit: virtutum memoria vigebit quandiu mundus stabit. Eius obitu in Eliuram  
 filiam maiorem natu domesticæ fortunæ translata sunt: equitum Magisterium Neapoli  
 vacuum Fabricio Columnæ cessit Regis dono in posteris porro ad hanc diem stabili, ina-  
 nis umbra & sine proventu nomen. Ferdinandus Rex Hispalim ire constituens per hye-  
 mem mitioris cæli urbem, Placentiam haud deuia se contulerat & ipsam amœnitate præ-  
 cipua. Ibi quamuis afflicta magis indies valetudine splendide à ciuibus acceptus, atque  
 habitus ludis frequentibus & grata hilaritate, diebus aliquot ei ciuitati datis, Ferdinan-  
 dum nepotem ad Guadalupeum oppidum ire iussit templumque sanctitate & miracu-  
 lis celeberrimum, propter quod municipium inuisitur: nam alia visendi causa nulla est.  
 Profecuti sunt euntem Petrus Nunnius Gusmanius Calatrauæ Clauiger eius moribus  
 formandis adhibitis & litterarius magister Aluarus Osorius Asturiæ Episcopus. Rex in  
 Vectonum eam partem discessit, quam Serenam dicimus, ardearum volatu, quarum est  
 eo tractu magnus numerus (& eo aucupii genere præ cæteris oblectabatur) animû cu-  
 ris & ægritudine grauem tantisper leuaturus. Maris Præfectus, Dux Albanus & Burgësis  
 Episcopus sequebantur, è regis consultoribus tres Laurentius Caruaialius, cuius extat de  
 rebus hoc tempore gestis diarium. Sapata & Franciscus Vargas rationibus Præfectus ex  
 Agnete Caruaialia vxore, Guterrii Caruaialii Episcopi Placentini non ita pridem extin-  
 cti pater. Eodem Hadrianus Belga Louaniensis Decanus, Caroli Principis magister ap-  
 pulit è Belgis missus de reb. magnis ad auum legatus. Vt Carolo annua quinquaginta au-  
 ri millia darentur eo annitente constitutum est. Concessum etiam vt Castellæ procura-  
 tionem Ferdinandus Rex, vt ipse expetierat, dum viueret propriam retineret, etiam post  
 Reginæ mortem. Id vltro adiectum. Insignis munificentia sed vitæ exitu proximo, cuius  
 rei manifesta signa perspiciebantur, leuis gratia. Per dies Christi Dei è virgine nati memo-  
 ria celebres hæc agitata decretaq; sunt. Ad castra Iulia vicus Madrigalegium est ei vrbi  
 contributus. In eo pago Regis ægritudo ipsa itineris agitatione grauior est effecta, pror-  
 sus vt medici diu victurum desperarent. Accurrit cognito periculo Decanus Louanien-  
 sis. Eius aduentus Regi molestus accidit. Vt Guadalupeum, quo iuerat Ferdinandum In-  
 fantem inuisum sese referret, atque ibi iussit suum aduentum sustentare. Mox testamen-  
 tum confecit. Peccata Thomæ Matienso è Dominicano ordine sibi ante à confessioni-  
 bus, aperuit. Regina Ilerdæ Regis periculo nunciato itinere festinato pridie quam testa-  
 mentum nuncuparet, mœsta iuxta ac sollicita accessit. Proximo die Mercurii post medi-  
 am noctem vna amplius hora animam placide efflauit decimo Kalendas Februarii au-  
 spicante salutis anno millesimo quingentesimo decimo sexto. Princeps iustitiæ cul- 1516.  
 tu, prudentiæ laude, animique præstantia excellentior omnibus, qui vnquam in Hi-  
 spania extiterunt. Vitia deesse nunquam possunt. ea est humanæ vitæ conditio. ex in-  
 uidia quoque & malitia multa magnis viris immeritis affingi peccata procliuè est. Im-  
 perii modestia religionis amore, bonarum artium studio, forma haud dubium iusti-  
 mitis, benefici, ac vere Christiani Regis, ac speculum in quod omnes Hispani Prin-  
 cipes intueantur, aureæ pacis in Hispania & publicæ securitatis atque elegantia & am-  
 plitudinis conditor.

Tria testamenta memor mortalitatis confecit. Primum Burgis ante tres annos.  
 Alterum Arandæ ad Durii ripam anno superiori. Tertium sub mortem. In iis omni-  
 bus Ioannam Reginam hæredem, Carolum eius filium rerum procuratorem scripsit.  
 50 Carolo absente in primo testamento, Ferdinando Caroli fratri regni procuratorem  
 demandauit. In duobus postremis eo capite mutato, rebus Aragoniis Cæsaraugusta-  
 num Præsulem præfecit eo euentu, Castellæ, Hispaniæ Cardinalem. Id valuit decretum.  
 Decanus tamen Louaniensis productis in eam sententiam Caroli Principis mandatis &  
 tabulis, Cardinali rebus gerendis consors accessit. Ferdinando nepoti in Neapolitano  
 regno, vrbes Tarentum, Crotonem, Tropeam, Amantiam & Galipolim legauit, præterea  
 annua quinquaginta aureorû millia ex eius prouinciæ regis vectigalibus, dum à Carolo  
 fratre Principatus aliquis in eo tractu daretur eam summam reddens quotannis. Vt Cala-  
 bria Dux offensa quamuis multipliciter graui, redderetur libertati, mandauit, addito  
 etiam Caroli munificentia idoneo principatu & vectigalibus vnde vitam principalem

suffertaret. Quod tamen decretum non ante annum millesimum quingentesimum tertium obtinuit. variæ causæ excusata, promptæ semper aduersus prostratos & parata. De Antonio Augustino Serinii Magistro mentio nulla. Oblitus fuerit offensam, aut aliis plectendam relinquere maluerit etiam recenti memoria dubitatû est. Cardinalis certe Hispaniæ rerum arbiter factus paulo post vincum in Belgas misit: vbi dicta causa pro eius innocentia dati iudices pronunciarunt proximo mense Septembri. Testamento curatores adhibiti Regina, Carolus nepos, Cæsar Augustanus Præsul, Cardonæ Dux lectissima fœmina, Albanus, Prorex Neapolitanus, Thomas Matienus à confessionibus ab epistolis Michael Clemens, quo excipiente testamentum confecerat, extincti corpus Granatam delatum templi maximi sacello regio composuere, vnaque Isabellæ Reginiæ ossa eatenus ad Alhambræ arcem extemporario tumulto contacta. Ex eorum numero qui agenti animam affuerunt, plerisque dilapsis, vt est mortuorum obliuio parata, soli Ferdinandus Aragonius, & Bernardus Dianii Marchio, paucique à familia nobiles funus profecuti sunt. Toto itinere populi obuiam progressi in fordida veste luctuque fædati cum ferculis & velamentis veniam & pacem extincti animæ precari. Cordubæ celebrior pompa extitit Prieghi Marchione, Egabri Comite vniuersaque vrbana nobilitate curantib. Ciuitas omnis obuiam effusa cum coniugib. & liberis, sacerdotes cum insignibus, ac diui ipsi prope exci. i sedibus suis exceperunt. Quem viuum infensum experti erant, erga mortuum in generosis animis successit humanitas. Granatæ tandem sacratu ordo, vrbani senatus, regnisque iudicum conuentus certatim funus honestarunt. Lecto funebri nobilissimi quique humeros supposuere. Iusta apparatu celeberrimo facta sunt, dataque extincto inferiæ, vti opus erat, expugnatori atque conditori vrbis eiusque atque adeo vniuersi Granatensis regni bonorum, felicitatisque optimo patrono, atque præclaro.

F I N I S.

INDEX



















HISPANIAE  
ILLUSTRATAE

TOMO II

F.A.  
084